



**Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

ut tenuerit pro patribus in  
uis est iustus pro min  
offerret deo. Mortificatus  
viciificatus autem su  
us qui inquit erant  
ne predicauit. qui mor  
taliq[ue] id quid exspecta  
ent. indebus no[n]. qui  
actiua. In qua paucis dies  
salutem facte sunt per  
et nos m[er]ite simul fin  
facti baptismata. Non  
tia cordium sed amicar  
um agatu[m] in deum. De

Th. 4452.

L.1  
5

VITÆ  
D. N. I E S V  
CHRISTI  
Monotessaron Evan-

Coll. S. J. gelicum. Paderb. 1660.

Q V O D

Ex Quatuor Evangelistarum verbis  
ad Unum mysterium pertinentibus, pro  
sacrarum Meditationum materia, in sin-  
gulos totius anni dies, contexuit  
ac distribuit

GEORGIVS HESERVS  
E SOCIETATE IESV.



Cum facultate Superiorum.

Monachij,  
Typis IOANNIS LÄCKLINI.

ANNO M. DC. LVII.

P

R

G



*Admodum Reverendo,  
Nobili, & Amplissimo Domino,  
Domino*

**GEDEONI  
FORSTER,  
PRÆPOSITO VILS-  
HOVIENSI,**

*Reverendissimo & Illusterrissimo  
Principi, Episcopo Ratisponensi, &c.  
a Consilijs Ecclesiasticis, Ar-  
chidecano in Pendorff, &c.*

**GEORGIVS HESERVVS**  
*& Societate IESU,*  
*Perpetuam felicitatem.*

# EPISTOLA



Ene sapientérque  
ο Θεῖος Βαρ-  
μᾶιός Φησι, ἡ ρba  
recanto cælestis  
illius Avis, ut cum  
Græci passim ap-  
pellitāt, magni Dionysij Areo-  
pagitæ, καὶ πολλὴν τὴν θεολο-  
γίαν εἶναι, καὶ ἐλαχίσην. καὶ τὸ συ-  
αγγέλιον πλατὺ, καὶ μέγα, καὶ αὐ-  
θεῖς συντετμημένον. Bene, inquit am,  
sapientérque divinus Apostolus Bar-  
tholomæus dicere solitus fuit, & ma-  
gnam esse Theologiam, & mini-  
mam: Evangelium item simul am-  
plum ac magnum, rursusque com-  
pendiarium. Quibus ego verbis  
hoc eum intellexisse existimo, codi-

a. Lib. de Mystica Theologia cap. I.

cens

## DEDICATORIA.

cem Evangeliorum mole non pre-  
tulsum, stylo minimè laciniosum,  
paucis edocere quām plurima: quo-  
rum altero memorie mortalium  
consultitur, facile firmiterque com-  
prehensura, quod non est enormi  
prolixitate diffusum; altero huma-  
næ menti, quæ molæ instar irrequi-  
et & grana comminuit, & ex semodio  
frumenti vim ingentem farinæ pro-  
fundit. Ita omnino res se habet, ut  
magistrâ discimus experientiâ; sem-  
per animus aliqua secum versat, &  
ex notis ad abstrusa, velut à propylæo  
in adytum, aut interiora domûs pe-  
netrare studet: non autem per am-  
bages & crebra diverticula tandem  
eluctari, sed expedito pède percurre-  
re. Diu certè multisque memoriam  
onerare, quis non rifugit? paucis o-

## EPISTOLA

mniam cùò perdiscere , cui non est in-  
tegrum ? Quam ob rem quacumque  
Dei Filius præcepta hominibus ob-  
servanda , quacumque consilia se-  
quenda proposuit ; quidquid Homo  
Deus vel magnum egit , vel acerbis-  
simum passus est , id omne , quod de  
Iliade Homeri nucis inclusa putami-  
ni vanius fortasse quàm verius inter  
Artis ingenia celebratur , non qua-  
ter senis , sed exiguis solummodo qua-  
tuor includi voluit libellis : qui libra-  
rij pretium non accenderent , qui  
manus onere non gravarent , qui tæ-  
dium lectori non parerent , qui re-  
rum & magnitudine & varietate  
mirificè delectarent , qui citra fasti-  
dium memoriae imprimerentur , im-  
pressi non illico diffuerent . Hoc ni-  
mirum cùà quæsum fuisse brevita-

## DEDICATORIA.

te, vel argumento sit illud, quod Iohannes, & ipse Evangelistarum unus, ordine non dignitate postremus, coronidis loco apposuit, esse alia multa, quæ fecit I E S V S: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror, inquit, mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. b. Interea quæ divino suggestente spiritu in codicem hunc relata sunt, adeo multis & tam magnis exundant mysterijs, ut nemo hominum, qui vitâ nos antecesserunt, repertus fuerit, qui exhaustisse omnia gloriaretur, nemo in posterum reperiendus sit, qui exhausturum se consideret. Legisse me fateor, inquit Hieronymus, c. in

b. Ioan. cap. 21. vers. 25.

c. In Proœmio Commentariorum super Mattheum.

## EPISTOLA

Matthæum Origenis viginti  
quinque volumina, & toti-  
dem ejus homilias, commati-  
cūmque interpretationis ge-  
nus, & Theophili Antiochenæ  
vrbis Episcopi commentarios,  
Hippolyti quoque Martyris,  
& Theodori Heracleotæ, A-  
pollinarijque Laodiceni, ac Di-  
dymi Alexandrini: & Latino-  
rum; Hilarij, Victorini, Fortu-  
natiani opuscula. *Quibus adiun-*  
*gere Gracorum alios, & alios Lati-*  
*norum sine numero possumus, qui*  
*vel historiam unius, alteriusque, vel*  
*universam commentarijs suis illu-*  
*strarunt.* Non hic tacebo Ioan-  
nem Chrysostomum, Cyril-  
lum Alexandrinum, Theodo-  
retum, Euthymium, Theo-  
phylax.

## DEDICATORIA.

phylactum : non silentio prætermittam Augustinum , Ambrosium , Bedam , Rabanum , Haymonem , Rupertum , Bonaventuram , Thomam : quorum alij vestigia secuti , tot omnia libris & epiphraphis impleverunt , ut illis Satyrici d' vocibus uti nobis admirabundis liceat :

Summi plenâ jam margine  
libri

Scriptus , & in tergo , necdū  
finitus IESVS.

Post tot examina virorum clarissi-  
morum , qui doctis orbem calamis  
per volârunt , ut hodie tamen non  
est cogitandi , sic neque commentan-  
di , scribendi que finis est librorum .  
Maiores nostros cùm in lampado-  
d. Invenalis Satyrâ i.

† s

dro-

## EPISTOLA

dromico vite istius certamine lux  
deficeret, quam nobis lampada per-  
acto cursu tradiderunt, eam nos po-  
steris cras vel perendie trademus.  
Idem etiam usuvenit nobis, quod  
famelicis, quos non propterea, quod  
hodie saturi sint, postridie non adori-  
etur fames: & proscribat sanè  
hanc lauitia quorumdam, promi-  
partes erunt ea mensis inferre, que  
delicatam moveant orexin. Ego in  
lampadophoris ille quidem non sum,  
qui claras nobilésque faces alijs præ-  
ferre possim: sed nec illius procurator  
peni sum, ex quo cupedia, quorum  
condus non fui, prodire jubeam: in-  
ter maximi tamen Dei servulos eam  
mihi nunc operam sumpsi, quam  
Petrus olim & Ioannes, eo ipso  
die, quo hanc ad te scribo epistolam,

ex

## DEDICATORIA.

ex imperio Christi ultimam canam  
cænaturi, contulerunt, ut mensas  
sternerem, & adornarem futuris cō-  
vivis: hoc est, materiam sacrarum  
meditationum ita collectam, ordiné-  
que dispositam pararem, ut nullus  
deinceps labor subeundus sit, map-  
pam, orbes, cyathos, reliquum men-  
sarum instrumentum comparandi,  
sed accumbendi, animumque probè  
saginandi. At hoc ipsum, quiet  
nonnemo, munus alij dudum præce-  
perunt. Demus, quod ait is: en men-  
sa ferè bis in singulos dies & triclinia  
sternuntur, sed quis aut in defectum  
alterius, aut quòd id operæ sparet  
commodius facturum, prohibet of-  
ficiosum istud famulitium? Ne spen-  
nas: sustine tanti spes, dum ex char-  
ta recitem, quamensis, ad quas con-

## EPISTOLA

viva vocaris, inferenda sunt dapes.  
Missus apparati sunt tot, in quo to-  
mnem libellum tribui partes. Primus  
IESVM dabit infantem, exulem,  
puerum: hoc Ovum est purissimæ  
Matris Virginis. Alter tricena-  
rium, vndis Iordanis tinctum, jeju-  
nantem, ac per triennium & ultrà  
summis exercitum laboribus: cibus  
hic est Fortium. Tertio miracula,  
dicam, an spectacula videbis: Non  
offendimus ambulante cænâ,  
contrâ quam Bilbilitanus lepos ar-  
gutatur. Quartus itemq; Quintus  
allatam è cælo doctrinam propina-  
bit, quæ omni nectare, omni dulcior  
est ambrosiâ; quæ sic delinire solet e-  
pulonem, ut quod semel occæpit sa-  
pere, nauseari nunquam possit. Sex-  
tus Denm patientem, carptoribus  
tradi-

## DEDICATORIA.

traditum, commonstrabit toto cor-  
pore dissectum. Septimus à funere  
triduano redivivum aspiciet, ac su-  
per omnes cælos elatum. Hunc in mo-  
dum ab ovo ad mala, ut inquiunt,  
convivium non unius dieculæ tan-  
tum, quod vulgò fieri solet; neque  
semestre solum, pro regio Assueri  
luxu & opulentia, sed per integrum  
ducetur annum, ut nullo die non pos-  
sis opipare, lautissimèque vicitare.

Nunc ad te, Archidecane am-  
plissime, quo modi imperatore hanc  
cænā struxi, me a se convertit oratio.  
Typis vulgaveram semel iterumque  
Christi Patientis universam tra-  
gædiam, quibus eam verbis Evan-  
gelistæ quatuor dederunt. Hæc tan-  
to per te placuit, & tanto futuram  
emolumento judicasti, ut, quoniam

## EPISTOLA

nihil omni hominum generi salutarius esse potest, quam frequentissima Passionis Domini tam acerbæ recordatio, majorem in modum exoptares, ut quoad fieri posset ad plurimorum manus atque usum saluberrima perveniret exercitatio. Quare non unis litteris efflagitabas à me, ut quam Albertus ille Magnus, Ratisponensis Episcopus, sanctimoniam vitæ, & humanarum divinarumq; doctrinæ scientiarum longè celeberrimus, ultrà quam vero plerisque simile videatur, commendavit de luctuosissimis Christi cruciatibus vel per breviusculum temporis spatum memoriam, pro virili in omnium animos inducerem. O si votis tuis, vir Zelo divino inflammate, litari à me posset! non id calamo tantum &

800

## DEDICATORIA.

voce, sed omnibus nervis, & totâ  
contentione laborarem, ut adamantina  
mortalium pectora solverentur, & colliguerent Oceano san-  
guinis divini, quem hortus Oliva-  
rum, quem prætorium Pilati,  
quem Golgotha mons felicissi-  
mus montium imbiberunt. Optan-  
di mihi tibique potestas est, effici-  
undi Deo: quem ut in vota trahere-  
mus, id te auctore feci, ut omnem  
Filij Dei vitam in hoc orbe pera-  
ctam, ad eundem modum publica-  
rem, quo & Infans, & Vir, & Thau-  
maturgus, & Magister, & Patiens,  
& Redux à-fanere, quoquo versum  
velut arietem in cautes nostras im-  
pelleret, ac tandem utinam diffri-  
geret. Nunc ut tribus solum verbis  
hoc moneam, tuo nomine publicum

## EPIST. DEDICAT.

libelus hic adit, cuius ope potuit pro-  
dire. Vale, Vir integerrime, ac me,  
quem nunquam nōsti, nunquam vi-  
disti, à te peto majorem in modum,  
ut cum hoc munere accidentem  
etiam atq; etiam amore tuo comple-  
ctaris. Monachū, Feria V. Cāna  
Domini, qui dies fuit quartus Ka-  
lendarū Aprilium Anni M. DC.  
LVII.



P R A E-



## PRÆFATIO

A D

## LECTOREM.



Ibrum hunc, ô pie Lector, *Monotessaron* appella-  
mus, eam ob caussam, quòd  
*Vnum* è *quatuor* sacrosanctis  
Evangelij depromptum Vi-  
tæ, Miraculorum, Doctrinæ, Passionis, aut  
Resurrectionis D. N. I E S V C H R I S T I  
mysterium non alijs, quām ipsorummet.  
Evangelistarum verbis enarratum proponi-  
tur; oninum quidem, si omnes; trium vel  
duorum, si duo trésye rem eandem memo-  
riæ prodiderunt; unius, quod unus calamo-  
duntaxat consignavit. Hoc in studio decur-  
rerunt è vetustissimis duo; *Tatianus Asy-  
riæ*, Iustini Martyris & Philosophi sectator,  
florens in Ecclesia, quamdiu ab ejus latere  
non discessit: quem id genus labore, laudé-  
que consecutus est *Ammonius Alexandri-  
anus*. Harmoniam utriusque, *Magna Biblio-  
theca Veterum Patrum*, & antiquorum Scri-  
ptorum Ecclesiasticorum exhibet. *Eusebius*

Cæ-

## PRÆFATI.

Cæsariensis Episcopus Alexandrinus, secutus Ammonium, *Canones* in decem numeros ordinavit: quos S. Hieronymus, sicut in Græco habebantur, expressit, ut si quis voluerit nōsse, quæ in Evangelij vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscat. Alij subinde fuerunt, qui præcedentium studia majorem in modum perfecerunt: ut *Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis*, *Cornelius Iansenius Episcopus Gandavensis*, *Sebastianus Barradius*, *Ioannes Hajus*, *Bartholomaeus Riccijus*, &c. qui operæ pretium suæ fecerunt. Verū ut ad omnem sive meditantum, sive Lectorum commoditatem adeo nihil decesset, illud accedere posse vīsum fuit: ut in certas materia disposita classes, enarrata verbis sacrorum Evangelistarum, in tres quatuōrve divisa partes, omnem surriperet laborem quærendi, num idem aliis, aliterque recenseret. Quam ob rem in septem classes universa coēgi, quarum in se complectitur

### Prima.

Ortum, infantiam, vitamque Christi ad annum usque trigesimum...

Alte.

## PRÆFATI O.

### *Altera.*

Refert acta præcipua Christi ab anno trigesimo.

### *Tertia.*

Narrat miracula, quæ Medicus cœlo delapsus virtute divinâ patravit in agris, quos sanitati restituit.

### *Quarta.*

Doctrinam æternæ Sapientiæ pervolvit, ac primùm eam, quam D E I Filius per Parabolas proposuit..

### *Quinta.*

Didagmata non omnia, tamen præcipua Christi, quibus omne hominum genus imbuere voluit, selegit..

### *Sexta.*

Passionem acerbissimam Servatris nostri ob oculos ponit..


### *Septima.*

Gloriam I E S V Christi redivivi manifesta facit..

Ver-

## PRÆFATI.

Verbis utimur haud alijs, quam quibus  
Latinè loquitur Vulgata. Quæ prætermi-  
fit Evangelistarum unus, ex alijs supplentur,  
eo collocata verborum ordine, ut filum hi-  
storiæ non incidatur. Mox illius quoque  
nomen adjungimus, qui, quod ad lucidid-  
rem rei notitiam faceret, symbolam quasi  
dedit, ut, à quo lampadem acceperis, non  
ignores. His te pauculis alloquendum exi-  
stimavi, quò mentem nostram & laboris  
scopum perspiceres. Porro Vitam solius  
Christi damus hoc opusculo: daturi, si DEO  
placebit, alio bipertito *Personas illustres*,  
quarum Laus est in Evangelio, & *Personas*  
*infames*, quæ reprehenduntur. Tu, bone  
Lector, his, ut potes, ad majorem DEI  
gloriam, tuamq; salutem utere,  
ac bene vale.



IN.

INDEX  
MEDITATIONVM.

PARS PRIMA.

Christi ortum , infantiam , pueri-  
tiam , & reliquam vitam usque ad an-  
num ætatis trigesimum com-  
pletens".

1. *Gabriel Legatus DEI ad MARIAM Virginem.* Fol. 1
2. *Gabriel mysterium Incarnationis explicat MARIÆ.* 2
3. *Gabriel miraculum miraculo confirmat.  
Virgo consentit. Concipitur Christus.* 3
4. *MARIA visitat Elisabetham.* 3
5. *Elisabeth MARIAM laudibus extollit.* 4
6. *Ioseph ab Angelo de divino Virginis conce-  
ptu admonetur.* 5
7. *Ioseph accipit MARIAM conjugem suā.* 5
8. *Ioseph cum MARIA conjuge sua profici-  
tur Bethlehem.* 6
9. *Christas in Bethlehem nascitur.* 7
10. *Christus in Bethlehem natus nunciatur  
ab Angelo pastoribus.* 7
11. *De adventu pastorum in stabulum.* 8
12. *De Circumcisione Domini.* 9
13. *De adventu Magorum Hierosolymam.* 9
14. *De adventu Magorum in Bethlehem.* 10
15. *Chri-*

## INDEX.

- |  |    |
|--|----|
| 15. Christus in templo præsentatur.                              | 21 |
| 16. Simeon excitus Spiritu sancto venit in templum.              | 23 |
| 17. Simeon de Christo gatiginatur.                               | 11 |
| 18. Anna prophetissa Christum in templo prædicat.                | 12 |
| 19. Indicitur ab Angelo fuga in Egyptum.                         | 13 |
| 20. Cedes innocentium pro Christo Martyrum.                      | 14 |
| 21. IESVS Angeli monitu revocatur ab exilio.                     | 14 |
| 22. IESVS daodennis, in scis parentibus, manet Hierosolym.e.     | 15 |
| 23. IESVS post triduum inventus in templo.                       | 16 |
| 24. De vita Christi ab anno ætatis duodecimo usq; ad trigesimum. | 17 |
| 25. Genealogia D.N. IESV Christi. 18. & 19                       | 18 |

## PARS SECUNDA.

- |  |    |
|--|----|
| Continens acta præcipua D. N. IESU Christi ab anno ætatis trigesimo. | 1. |
| 26. Christus venit ad Ioannem ab eo baptizandus. Fol. 21             | 42 |
| 27. Quæ in hoc Baptismo evenerint mirabilia.                         | 43 |
| 28. Christi quadragintadiale jejunium in deserto. 23.                | 44 |
| 29. Chri-  | 45 |

# INDEX.

29. Christus ter à diabolo tentatus vincit. 24  
30. De prima vocatione Andreae, ad solam quandam Christi notitiam. 25  
31. De prima vocatione Petri, ad solam itidem Christi notitiam. 26  
32. De vocatione Philippi. 27  
33. De vocatione Nathanaëlis. 27  
34. De secunda Petri, aliorumq; vocatione ad sequelam solum temporaneam, cum animo revertendi ad pescationem. 28  
35. De vocatione Petri & Andreae ad perpetuam sequelam. 29  
36. De vocatione filiorum Zebedæi, Ioannis & Iacobi. 30  
37. Christus adest nuptiis in Cana Galileæ. 30  
38. Christus in iisdem nuptiis primum patravit miraculum. 31  
39. De fugatis è templo negotiatoribus primâ hæc. 32  
40. Nocturnum Christi cum Nicodemio colloquium. 33  
41. De sedata maris tempestate. 34  
42. De vocatione Matthei. 35  
43. De conversione Mariae Magdalena. 36  
44. Christus per parabolam corripit Simonem criminantem. 36  
45. Christus Magdalena egregie defendit. 37  
46. Christus peccata dimitit Magdalena. 38

# INDEX.

47. De missis ad prædicandum Apostolis. 38 65.  
48. De quinque millium hominum refectio-  
ne. 40 66.  
49. Christus tentat discipulorum fidem. 41 67.  
50. Christus benedicit, & multiplicat panes. 42 68.  
51. De ambulatione Christi super aquas. 44 69.  
52. De ambulatione Petri super aquas. 45 70.  
53. De quatuor millium hominum iterata  
refectione. 46 71.  
54. Petro claves regni cœlorū promittuntur. 48 72.  
55. De Transfiguratione Christi. 49 73.  
56. De Voce Patris calitus allapsa. 50 74.  
57. Discipuli prohibentur hanc visionem e-  
vulgare. 51 75.  
58. Christus pro se, & Petro solvit didrach-  
ma. 52 76.  
59. Christus clam ad festum Tabernaculorum  
proficiscitur. 52 77.  
60. Mulierem in adulterio deprehensam di-  
mittit. 54 78.  
61. Septuaginta duos discipulos designat, &  
instructos predicatum mittit. 55 79.  
62. Christus formulam precandi tradit. 56 80.  
63. Christus parvulos amplectitur, & ma-  
nus eis imponit. 57 81.  
64. Christus certior fit de Lazari infirmi-  
tate. 58 82.  
65. Chri-

# INDEX.

38. Christus quarto primū die Bethaniam  
venit. fol. 58
40. Christus antè quam Lazarum suscitet,  
Martha fidem exstimasat. 59
41. Maria soror Lazari Christum accedit. 60
42. Christus infremit spiritu, turbat seipsum,  
et lachrymatur. 61
43. Lazarus à mortuis suscitatur. 62
44. Decēna apud Bethaniam. 62
45. Indignantur discipuli, precipue Iudas, de  
effusione unguenti. 63
46. Excusat et defendit Christus Magdale-  
nam. 64
47. Christus asinam et pullum sibi adduci  
precipit. 65
48. IESVS asinam consernit Apostolorum  
vestibus insfratam. 67
49. De gloriose ingressu Christi Hierosoly-  
mam. 68
50. De invidis sermonibus Pharisaeorum. 68
51. IESVS flet super Ierusalem, eāmq; pra-  
dicit evertendam. 69
52. De ejectis alterā vice venditoribus, et præ-  
dicatione Christi in templo. 70
53. Ficulnea maledictione Christi exare-  
scit. 72
54. Oblatio pauperis vidua presertim obla-  
tionibus dignum. 73

# INDEX.

## PARS TERTIA.

De miraculis Christi patratis inter-  
egros & male habentes.

### Cæci illuminati.

81. **C**hristus duobus cæcis restituit eum. fol. 75  
82. Cæcus & mutus à demonio liberatus, videt, ac loquitur. 76. & 96  
83. Cæcus Bethsaide curatur. 76  
84. Christus aperit oculos cæci nati. 77  
85. Qui cæcus fuerat, miraculum narrat sibi. 78  
86. Idem, qui cæcus fuit, examinatur à Pharisais. 78  
87. Vocantur parentes ejus, qui cæcus natus fuit. 79  
88. Rursum ad concilium Vocatur ille à nativitate cæcus. 80  
89. Cæcus ille tandem ejicitur è Synagoga. 81  
90. Cæcus credit I E S V M esse filium DEI, eumq; adorat. 81  
91. Christus occasione hujus miraculi perstringit Pharisaeorum cæcitatem. 82  
92. Cæco mendico restituitur Jesus, antequam Christus ingredieretur in Iericho. 82  
93. Cæco alteri mendico restituitur Jesus, postquam Christus egressus est ex Iericho. 83  
94. Chri-

## I N D E X.

94. Christus Hierichunte digressus, duos cacos  
illuminat. 85

### Claudi.

95. Christus cacos & clados curat in tem-  
plo. 86

### Concurvata.

96. Christus mulierem XVIII. annis infir-  
mam Sabbato sanat. 87

### Dæmoniaci.

97. Obsesus à dæmon liberatur in Synago-  
ga. 88

98. Christus Capharyai multos dæmones ej-  
cit. 89

99. Christus in regione Gerasenorum duos dæ-  
moniacos curat. 90

100. Dira sors hominis à dæmonibus ob-  
fessi. 91

101. Dæmones ab homine Christus exesse ius-  
bet. 92

102. Dæmonibus ire concessum in porcos. 93.

103. Geraseni exeunt ad Christum, & homi-  
nem curatum vident. 94

104. Christus eum, qui curatus fuerat, sequi  
se volentem remittit ad suos domum. 95

105. Dæmonium mutum ejicitur. 95

106. Dæmones Christum confitentur esse De-  
um. 96

†† 2 107. Ca-

## INDEX.

307. Eccez ac mutus, expulso dæmonie, vides, loquitur. 96  
308. Christus calumnias Pharisæorum & Scribarum confutat. 97  
309. Filia Chananaæ liberatur à dæmoio. 98  
310. Dæmon, quem ejicere discipuli non potuerunt, pellitur à Christo. 100  
311. Accuratio ejusdem rei descriptio ex S. Marco. 102  
312. Quam ob causam discipuli non potuerint ejicere hoc dæmonium. 103

## Febricitantes.

313. Reguli filius febricitans Christi verbo sanatur. 104  
314. Socrus Petri magnis febris libera-  
tur. 105

## Hæmorrhousa.

315. Mulier sanguinis profusio laborans sanatur. 106

## Hydropicus.

316. Christus hydropicum sabbato curat. 107

## Leproli.

317. Leprosus tactu sanatur à Christo. 108  
318. Decem leprosi mundantur: unicus gravis agit. 110

## Mancus.

319. Manco manam aridam Christus restitu-  
bit. 111.  
Mor-

## INDEX.

### Morbidus.

120. Morbidus per octo & triginta annos  
Sabbato curatur. 118
- 121 Christus factum istud à calumniis Iudeorum defendit. 113

### Mortui resuscitati.

- 122 Iairus Christum deprecatur pro filia  
sua moribunda. 115
- 123 Filia Iairi nunciatur mortua: Christus  
eam resuscitat. 116
- 124 Filius unicus vidue mortuus suscitatur  
a Christo. 117
- 125 Lazarus ante quatriduum mortuus,  
vite restituitur. 118

### Mutilatus.

- 126 Christus Malcho abscissam aurem re-  
stituit. 120

### Muti.

- 127 Mutes, cæci, similique à demone obse-  
fso, linguam, oculos, quietem recipit. 120
- 128 Mutes & surdus aures ac linguam re-  
cipit. 121

# INDEX.

## Paralytici.

129. Christus paralytico sanando dimitit prius peccata. 122  
130. Christus, dimissis paralytico peccatis, cunctum sanitati restituit. 123  
131. Servi paralytici herus mittit seniores Iudeorum ad Christum. 124  
132. Idem herus Centurio Christum per amicos adit, & alloquitur. 125  
133. Centurio denique Christum ipse adit: & servus paralyticus verbo sanatur. 126

## Surdus.

134. Christus aperit aures surdo, & vinculum linguae solvit eidem. 127. & 128

## Turba variorum ægrorum.

135. Christus prædicans & sanans, obicit totam Galileam. 127  
136. Christus Capharmai multos infirmos curat. 128  
137. Christus omne genus morborum sanat in loco campestri. 129  
138. Christus in regione Genesareth omnes male habentes sanitati restituit. 130  
139. Christus plurimos ægros sanat in monte. 131

PARS

# INDEX.

## PARS QUARTA.

### De doctrina Christi, quam per Parabolas tradidit.

- Præmeditatio. 132  
140. Parabola prima, Puerorum canentium,  
Eg lamentantium. 133.  
141. Parabola secunda, Seminantis semem  
quod cecidit secus viam, supra petram, in  
spinas, in terram bonam. 134  
142. Cur Christus locutus sit in parabolis? 135  
143. Expositio precedentis parabole. 136  
144. Parabola tertia, Tristici Eg Zizanio-  
rum. 137  
145. Expositio precedentis parabole. 138.  
146. Parabola quarta, Grani sinapis. 139  
147. Eadem parabola, referentibus Marco Eg  
Lucà. 140  
148. Parabola quinta, Fermenti in tribus fa-  
rino satis. 140  
149. Parabola sexta, Thesauri absconditi in  
agro. 141  
150. Parabola septima, Margarita prelio-  
sa. 141  
151. Parabola octava, Sagenæ missæ in ma-  
re. 142  
152. Expositio parabole precedentis. 142  
153. Parabola nona, Seruit, cui dominus omne  
debi. † 4

# INDEX.

- debitum dimisit. 143  
154. Ingratitudo & immiserie cordia servi illius. 144  
155. Sententia Domini in servum nequam. 144  
156. Parabola decima, Boni pastoris, mercenarij, osium. 145  
157. Expositio, quis sit Ostium. 146  
158. Expositio, quis sit Pastor, quis Mercedarius. 146  
159. Parabola undecima, Samaritani curatis eum, qui incidit in latrones. 147  
160. Parabola duodecima, Amici noctu pententis ab amico tres panes. 148  
161. Expositio precedentis parabola. 149  
162. Parabola decima tertia, Divitis consolantis se, & illa adhuc nocte mortui. 150  
163. Parabola decima quarta, Servi vigilantis noctu, & dominum a nuptiis revertentem expectantibus. 151  
164. Parabola decima quinta, Ficulnea infusifera, qua iubetur excidi. 152  
165. Parabola decima sexta, Angusta porta, qua intratur ad cœlum. 152  
166. Parabola decima septima, Decapitando inter coniugias ultimo loco. 153  
167. Parabola decima octava, De computandis sumptibus ante fabricam turris, & ante bellum. 154  
168. Pa-

# INDEX.

- 143  
seruit  
144  
144  
ercent  
145  
146  
ercent  
146  
orat  
47  
per  
48  
49  
50  
igit  
er-  
51  
m-  
52  
e,  
53  
do  
3  
g-  
5  
4
168. Parabola decima nona, Ovis centesimae  
perdite, quam pastor requisivit. 155
169. Parabola Vigesima, Mulieris querentis  
drachmam perditam. 156
170. Parabola Vigesima prima, Filij prodi-  
git. 157
171. Miser in se revertitur, agit pænitentiam.  
Ego à patre denuo recipitur. 158
172. Filium natus majorem indignè ferentem  
pater placat. 159
173. Parabola Vigesima secunda, Villici ini-  
qui, facientis sibi amicos de mammona ini-  
quitatis. 160
174. Parabola Vigesima tertia, Dixitis epu-  
lonis Ego Lazari mendici. 161
175. Dixitis tormenta, Ego Lazari solatia. 162
176. Dixitis cura in inferno de fratribus suis  
filios. 162
177. Parabola Vigesima quarta, Iniqui judi-  
cos, Ego Vidua. 163
178. Expositio precedentis parabole. 164
179. Parabola Vigesima quinta, Phariseus  
Publicani. 164
180. Parabola Vigesima sexta, De operariis  
in vineam conductis. 165
181. Denarius idem singulis datus. 166
182. Murmuratio adversus patrem fami-  
lias. 166

## INDEX.

183. Parabola vigesima septima, De decem  
minis in seruos ad negotiandum distribu-  
tis.] 167
184. Seruos nequam ex ore suo judica-  
tur. 168
185. Parabola vigesima octava, Duorum fi-  
liorum, unius pœnitentis & patri obedien-  
tis, alterius fingentis se obedire. 169
186. Parabola vigesima nona, Locatæ vinea,  
cujus conductores occiderunt seruos & fili-  
um heri. 170
187. Vnici filij trucidatio. 171
188. Applicatio precedentis parabole. 172
189. Parabola trigesima, De invitatis ad nu-  
ptias filij à Rege. 173
190. Invitantur obvij quiq; ad nuptias. Di-  
scumbens sine ueste nuptiali, ejicitur. 174
191. Parabola trigesima prima, De invitatis  
ad cenam magnam. 175
192. Parabola trigesima secunda, De decem  
virginibus, quarum quinque prudentes, &  
quinque fatue. 176
193. Parabola trigesima tertia, De talentis in  
seruos distributis. 177
194. A servo malo talentum aufertur. 178

PARS

# INDEX.

## PARS QUINTA.

### De doctrina Christi, quam claris verbis tradidit.

195. *Christi cibus, voluntatem Patris facere.* fol. 181
196. *Christus invitat discipulos, ut in opere Dei secum collaborent.* 182
197. *Christus tres sequi se cupientes instruit.* 182
198. *Cur discipuli Christi non jejunaerint.* 318
199. *Prior doctrina confirmatur similitudinibus.* 184
200. *De resuscitatione mortuorum.* 185
201. *Tria testimonia divinitatis Christi: ac primum à Joanne.* 186
202. *Alterum testimonium divinitatis Christi, ab Operibus.* 187
203. *Tertium testimonium divinitatis Christi, à Moysè.* 188
204. *Discipuli sabbato spicas confricant, & à Christo contra Phariseorum calumnias vindicantur.* 188
205. *De sermone Christi habito in monte: ac primum de octo beatitudinibus.* 190
206. *Exhortatio Christi ad recte utendum talentis.* 191

## I N D E X.

207. Christus non venit solvere legem, sed adimplere. 192  
208. Non irascendum proximo. 193  
209. De querenda reconciliatione. 193  
210. De refrenanda concupiscentia. 194  
211. Non esse jurandum omnino. 195  
212. Non resistendum malo. 196  
213. De diligendis inimicis. 197  
214. De modo distribuendi eleemosynas. 198  
215. De modo recte orandi. 199  
216. Formula precandi prescribitur. 200  
217. De modo bene jejunandi. 201  
218. Congregandos thesauros in caelo. 201  
219. De oculo simplici, & nequam: hoc est, de Intentione. 202  
220. Improbam terrenorum sollicitudinem ponendam. 202  
221. Querendum primò regnum Dei: cetera adiectum iri. 204  
222. Non temere judicandum. 204  
223. De festuca & trabe in oculis. 205  
224. De fugiendis pseudoprophetis. 206  
225. Neque solam fidem, neque gratias gratis datas salvare. 207  
226. Qui audit Verbum Dei, & custodit illud cui similis sit. 208

227. Chris-

# INDEX.

227. Christus minatur obduratis cibitalibus. 209  
228. Christi confessio ad diuinum Patrem. 210  
229. Christus omnes oneratos ad se vocat; jugum enim suum esse suave. 210  
230. Rationem reddendam de quolibet verbo otioso. 211  
231. Quenam mater, & qui sint fratres Christi. 212  
232. Prophetam non esse acceptum in patria sua. 213. 214  
233. De prudentia & patientia ad pradicandum necessaria. 214  
234. De modo profecionis, & mansionis. 215  
235. De modo egressionis ab infidelibus. 217  
236. Summa institutionis ad predicandum. 218  
237. Quis timendus, & qui non timendi? 218  
238. Quid generit Christus in terras mitere. 219  
239. Premium eorum, qui Dei servos recipiunt. 220  
240. De abnegatione suis quotidiana. 220  
241. Ha-

## INDEX.

241. Humilitatem parvolorum imitandam  
esse. 222
242. Cavendum à scandalo parvolorū. 223
243. De correptione fraterna. 224
244. De castitate, quam suadet Christus. 225
245. Dixites difficulter salvari. 226
246. Premium eorum, qui, omnibus reliquis,  
Christum sequuntur. 227
247. Adhortatio ad submissionem. 228
248. De tributo Cæsari pendendo. 229
249. Primum ē maximum legis manda-  
tum. 230
250. Obtemperandum legitimis Doctoribus,  
et si malis. 232

## PARS SEXTA.

### De sacratissima Passione D. N. IESV Christi.

251. **P**ASSIO D. N. IESV Christi matris ipsi-  
us à Simeone predicitur. 235
252. Christus mortem ac resurrectionem suam  
predicit Iudeis. 235
253. Christus de sui, serpentis instar aenei, ex-  
altatione Nicodemum edocet. 236
254. Christum passurum comprehendere ne-  
mo potest ante tempus præfinitum. 237
255. Christus evadit manus ē precipitan-  
tium, ē lapidantium. 237
256. Chri-

# INDEX.

256. Christus prædictit Iudeis, se exaltandum  
in Cruce. 238
257. Caiphas de morte Christi salutifera pro-  
phetat. 239
258. Christus prædictit fructum exaltationis  
sua in Cruce. 240
259. Christus Passionem suam prædicens, in-  
crepatur à Petro: sed hic à Domino Sata-  
nas appellatur. 241
260. Moyses & Elias in Træfiguratione Chri-  
sti loquuntur de ejus Passione. 242
261. Ultima Christi passuri profeclio Hiero-  
solymam. 242
262. Magdalena præcenit ungere corpus IE-  
SU in sepulturam. 243
263. Concilium de Christo capiendo, & occi-  
dendo. 244
264. De Iuda venditore Christi nefario. 245
265. Cana Paschalis Christo à duobus disci-  
pulis paratur. 246
266. De ablutione pedum Apostolis exhibi-  
ta. 247
267. Christus proditionem Iudea prædictit. 248
268. SS. Eucharistia institutio. 249
269. Christus proditorem suum manifestat  
Ioann: in cena. 250
270. Christus trinam Petri negationem ter  
prædictit. 251
271. De

# INDEX.

- |  |     |    |
|--|-----|----|
| 271. De discessu Christi è cenaculo in hor-    |     |    |
| tum.   | 253 | 28 |
| 272. De oratione Christi in horto.             | 254 |    |
| 273. De reversione Christi ad discipulos dor-  |     | 29 |
| mientes.                                       | 254 | 29 |
| 274. De tertia Christi oratione, & sudore san- |     | 29 |
| guineo.  | 255 | 29 |
| 275. De proditione Iude.                       | 256 | 29 |
| 276. De hostibus in terram prostratis.         | 257 | 29 |
| 277. De Vulnerato Malcho, & sanato.            | 258 | 29 |
| 278. De comprehensione Christi, & fuga di-     |     | 29 |
| scipitorum.                                    | 258 | 29 |
| 279. Christus dicitur ad Annam: mit-           |     | 29 |
| titur ad Caiphiam.                             | 259 | 29 |
| 280. De responione data Caipha, & accepta      |     | 29 |
| alapa.   | 260 | 29 |
| 281. De falsis testimoniosis contra IESVM.     | 261 | 29 |
| 282. Adjuratio, Blasphemie, colaphi, alapa;    |     | 30 |
| sputa.   | 262 | 30 |
| 283. De prima Petri negatione.                 | 263 | 30 |
| 284. De secunda & tertia Petri negatione,      |     | 30 |
| eiusdémque pénitentia.                         | 264 | 30 |
| 285. IESVS à concilio damnatus dicitur ad      |     | 30 |
| Pilatum.                                       | 266 | 30 |
| 286. De suspendio Iude.                        | 267 |    |
| 287. De agro figuli empto.                     | 267 | 30 |
| 288. Repetitio de Iude, ex Actis Aposto-       |     | 30 |
| lorum.   |     |    |

# INDEX.

- hor-  
253  
254  
dor-  
254  
fan-  
255  
256  
257  
258  
259  
pta  
60  
261  
px;  
62  
63  
64  
ad  
66  
67  
67  
70-  
  
lorum. 268  
289. Accusatus Dominus coram Pilato de-  
tribus. 269  
290. Examen de regno Christi. 270  
291. Christus vehementius accusatus tace-  
t. Et ad Herodem mittitur. 271  
292. Gestae in domo Herodis. 272  
293. Pilatus Christum innocentem decla-  
rat. 273  
294. De Barabba latrone, qui populo proposi-  
tus cum Christo. 273  
295. De Barabba latrone, qui à populo pra-  
positus Christo. 275  
296. De flagellatione Christi. 275  
297. De coronatione Christi. 276  
298. Ecce homo. 277  
299. Interrogat IESVM Pilatus, Et iterum  
pro tribunali sedet. 277  
300. De sententia Pilati in Christum. 278  
301. IESVS cruce onus educitur in Cal-  
variae locum. 279  
302. Occurrunt in via flentes mulie-  
res. 280  
303. Christus inter duos latrones crucifi-  
etur. 280  
304. De divisione vestimentorum Chri-  
sti. 281  
305. De titulo Crucis. 282  
306. Chri-

## I N D E X.

- |   |     |
|---|-----|
| 306. Christus crucifixus irridetur, & blasphematur.   | 283 |
| 307. De conversione alterius latronis.  | 283 |
| 308. Christus a cruce matrem & discipulum alloquitur.   | 284 |
| 309. Christus se à Patre derelictū clamat.  | 285 |
| 310. Christus sitiens potatur aeto.   | 285 |
| 311. Christus commendat spiritum in Patris manus, & exspirat.                                       | 286 |
| 312. De prodigiis in morte Domini.  | 286 |
| 313. Confessio innocentia & divinitatis D. N. IESV Christi.   | 287 |
| 314. Piorum studium erga Christum.  | 288 |
| 315. De aperto latere Christi.  | 288 |
| 316. Pietas Iosephi ab Arimathea.   | 289 |
| 317. Pietas & liberalitas Nicodemi erga Christum.   | 290 |
| 318. De sepultura D. N. IESV Christi.   | 291 |
| 319. Pietas mulierum erga IESVM defunctum.  | 291 |
| 320. De custodia sepulchri.   | 292 |
| 321. Milites sepulchri custodes pecuniam corrupti, mentiuntur Christi redirei corpus furto sublatum | 292 |
| Quenam perpendenda sint in meditatione Passionis Christi.   | 293 |
| Modus Passionem Christi meditandi, Versibus conscriptus.  | 296 |
| Pijs erga Christum patientem affectus.  | 297 |

# INDEX.

## PARS SEPTIMA.

### De gloria D. N. Iesu Christi Redivivi.

322. *Christus Resurrectionem suam tertio die futuram predixit.* 300
323. *Mulieres parant aromata, et egreduntur ad sepulcrum.* 301
324. *Terra motu concutitur: Angelus lapidem revolvit.* 301
325. *Angeli apparent mulieribus in loco sepulcri.* 302
326. *Mulieres ab Angelis magis instruuntur de Resurrectione Domini.* 303
327. *Corrunt mulieres ad Apostolos nuncie.* 304
328. *Petrus et Ioannes currunt ad sepulcrum.* 305
329. *Magdalena secundo veniens ad sepulcrum, duos rursum Angelos videt.* 306
330. *Christus a n. ortuis reditus apparuit primo Marie Magdalene.* 306
331. *Ceteris Magdalena comitibus apparuit Christus in via.* 307
332. *Duobus discipulis euntibus Emmaunem Christus ignotus sese jungit.* 308
333. *Christus, quos sermones inter se conseruant, exquirit.* 309
334. *Christ-*

# INDEX.

334. Christus corripit incredulos, atque instruit. 310  
 335. Christus agnoscitur in fractione panis. 310  
 336. Huius visionem suam narrant Apostoli: Et ab his accipiunt novam Simoni factam. 311  
 337. Eodem die Christus apparet Vesperi, stans in medio discipulorum. 311  
 338. Christus ab eis petit cibum, Et manducat. 312  
 339. Christus impertit ijs Spiritum sanctum, Et potestatem facit remittendi peccata. 313  
 340. Thomae tunc, cum discipulis apparuit Christus, absentis summa incredulitas. 313  
 341. Thomas a Christo post ostium pri-  
mum reducitur ad fidem. 314  
 342. Christus apparet discipulis pescanti-  
bus. 315  
 343. Christos copiam illis facit ingentem  
cim piscium capiendi. 315  
 344. Christus in capture piscium agnoscitur. 316  
 345. Christus cibum parat, Et inter discipu-  
los distribuit. 316  
 346. Christus Petro suas oves committit. 317  
 347. Christus Petro predicit genus mortis. 318  
 348. Chri-

# INDEX.

348. Christus Petrum curiosius de Ioanne  
quarentem corripit. 318
349. Christus in monte Galilæa discipulis se  
suis ostendit. 319
350. Christus aperit discipulis suis sensum  
ad intelligendas Scripturas. 320
351. Novissima Christi apparitio. 320
352. Gloriosissima Christi in cælum Ascensio.  
321
353. Anacephaleosis apparitionum Christi,  
ex Actis Apostolorum. 322
354. De Ascensione Christi, ex Actis Aposto-  
lorum. 323
355. Angeli predicunt Christum similiter  
Centurum. 323
356. Discipuli reversi Hierosolymam, manet  
in cenaculo congregati. 324
357. In locum Iude traditoris, aliis Resur-  
rectionis Dominica testis substituendus  
queritur. 324
358. Mathias in numerum Apostolorum ad-  
sciscitur. 325
359. Spiritus sanctus effunditur super Apo-  
stolos, & loquitur variis linguis. 326
360. Admirantur Iudei, quod Apostoli lo-  
quantur omnium gentium linguis. 327

## I N D E X.

361. Petrus probat ex Ioiele, quod factum mirabantur Iudei. 328  
362. Prima concio S. Petri, de Passione & Resurrectione Domini. 329  
363. Alia ejusdem Petri concio, de Passione Domini, & Resurrectione. 330  
364. In solo I E S V Christo salus omnium consistit. 331  
365. De fide ac spe nostrae resurrectionis. 331

## CONSIDERATIONES

Pro sex illis horis, quæ singulis quadriennijs annum efficiunt Bissextilem.

### Ad primam horam.

Quatuor Væ à Christo Domino intentata. 333

### Ad secundam horam.

De peccatis remittendis, & non remittendis. 333

### Ad tertiam horam.

De multitudine reproborum, & paucitate salvandorum. 334

### Ad quartam horam.

De Domino & Seruo, Discipulo & Magistro. Ad  
335.

# I N D E X.

## Ad quintam horam.

*De Operto & Aperto.* 335

## Ad sextam horam.

*De spiritu immundo revertente in domum.* 336

## Pro Anno Bissextili.

## MEDITATIO CCCLXVI.

*De extremo Iudicio.* 337

## MODI MEDITANDI AC-

*commodati singulis Partibus  
Monotessari.*

## Pro Parte I. & II.

*Modus universalis meditandi mysteria Vita  
D. N. IESV Christi.* 338

## Pro Parte III.

*Modus meditandi miraculum.* 340

## Pro Parte IV.

*Modus meditandi Parabolas.* 341

## Pro Parte V.

*Modus meditandi Praecepta, & Consilia Chri-  
sti.* 341

## Pro Parte VI.

*Modi Varij meditandi Passionem Domini-  
cam.* 342

Pri-

## INDEX.

- Primus modus communis meditandi Passio-  
nem Domini. 342
- Secundus modus meditandi, de septem effusio-  
nibus sanguinis : ad detestanda pecca-  
ta. 343
- Tertius modus meditandi, de pœnis quinque  
sensuum corporis Christi : ad compatien-  
dum Christo. 343. & 344
- Quartus modus meditandi, de damnis Ani-  
mae, Corporis, & Fortunarum Christi : ad  
prestandam gratitudinem beneficio Passio-  
nis. 344
- Quintus modus meditandi, de septem itineri-  
bus Christi patientis : ad miranda DEI  
mirabilia. 345

## Pro Parte VII.

- Modus meditandi mysteria Resurrectionis  
Dominice. 346



VITÆ

VITÆ  
D. N. JESU  
CHRISTI  
Monotessaron.

P A R S I.

*Christi ortum, infantiam, pueritiam,  
Et reliquam vitam usq; ad annum  
etatis trigesimum complectens.*

MEDITATIO I.

*Gabriel Legatus DEI ad Ma-  
riam Virginem..*

I.

**M**issus est Angelus Ga-  
briel à Deo in civitatem Ga-  
lilææ, cui nomen Nazareth,  
ad virginem despensatam vi-  
ro, cui nomen erat Ioseph, de-  
domo David, & nomen virginis M A R I A.  
LUC. 1. V. 26. & 27.

A.

M. Et

## VITA CHRISTI

II. Et ingressus Angelus ad eam dixit  
Ave gratiâ plena: Dominus tecum: Bene-  
dicta tu in mulieribus. *Luc. 1. v. 28.*

III. Quæ cùm audisset, turbata est in  
ermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista  
salutatio. *Luc. 1. v. 29.*

## MEDITATIO II.

*Gabriel mysterium Incarnatio-  
nis explicat Marie.*

I. **E**T ait Angelus ei: Ne timeas Maria,  
invenisti enim gratiam apud Deum.  
Ecce concipies in utero, & paries filium, &  
vocabis nomen ejus Iesum. Hic erit ma-  
gnus, & filius Altissimi vocabitur: & dabit  
illi Dominus Deus sedem David patris ejus:  
& regnabit in domo Jacob in æternum, &  
regni ejus non erit finis. *Luc. 1. v. 30. 31.*  
*32. 33.*

II. Dixit autem Maria ad Angelum:  
Quomodo fiet istud, quoniam virum non  
cognosco? *Luc. 1. v. 34.*

III. Et respondens Angelus dixit ei: Spi-  
ritus sanctus superveniet in te, & virtus Al-  
tissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod na-  
scetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei,  
*Luc. 1. v. 35.*

*M.E.*

*AD ANNVM XXX.*

3

### MEDITATIO III.

*Gabriel miraculum miraculo confiram. Virgo consentit. Concipitur Christus.*

I. Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua : & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis : quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. *Luc. 1. v. 36. & 37.*

II. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini : fiat mihi secundum verbum tuum. *Luc. 1. v. 38.*

III. Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. *Ioan. 1. v. 14.* Et discessit ab illa Angelus. *Luc. 1. v. 38.*

### MEDITATIO IV.

*Maria Visitat Elisabetham.*

I. Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in Montana cum festinatione, in civitatem Iuda. *Luc. 1. v. 39.*

II. Et intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth *Luc. 1. v. 40.*

III. Et factum est, ut audivit salutarem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero.

A. 2

utero.

utero ejus : & repleta est Spiritu sancto El-  
isabeth. *Luc. I. v. 41.*

## MEDITATIO V.

*Elisabeth Mariam laudibus  
extollit.*

I. **R**epleta est Spiritu sancto Elisabeth : &  
exclamavit voce magnâ , & dixit : Be-  
nicta tu inter mulieres , & benedictus fru-  
ctus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat  
mater Domini mei ad me ? *Luc. I. v. 41.*  
*& 43.*

II. Ecce enim ut facta est vox salutatio-  
nis tuæ in auribus meis , exultavit in gudio  
infans in utero meo. *Luc. I. v. 44.*

III. Beata, quæ credidisti, quoniam per-  
ficiuntur ea , quæ dicta sunt tibi à Domino.  
*Luc. I. v. 45.*

IV. Et ait Maria : Magnificat anima mea  
Dominum, &c. *Luc. I. v. 46.* Mansit autem  
Maria cum illa quasi mensibus tribus : & re-  
versa est in domum suam. *Luc. I. v. 56.*

ME-

AD ANNVM XXX.

3

## MEDITATIO VI.

*Joseph ab Angelo de divino Virgi-  
nis conceptu admonetur.*

I. **C**Vm esset desponsata mater IES V  
Maria Joseph, antequam convenienter,  
inventa est in utero habens de Spiritu san-  
cto. *Matth. 1. v. 18.*

II. Joseph autem vir ejus, cùm esset ju-  
stus, & nolle eam traducere, voluit occulte  
dimittere eam. *Matth. 1. v. 19.*

III. Hæc autem eo cogitante, ecce An-  
gelus Domini apparuit in somnis ei, dicens:  
Joseph fili David, noli timere accipere Ma-  
riam conjugem tuam: quod enim in ea na-  
tum est, de Spiritu sancto est. *Matth. 1.*  
*Vers. 20.*

IV. Pariet autem filium: & vocabis no-  
men ejus I E S U M : ipse enim salvum fa-  
ciet populum suum à peccatis eorum. *Matth.*  
*1. Vers. 21.*

## MEDITATIO VII.

*Joseph accipit Mariam conju-  
gem suam.*

I. **H**Oc autem totum factum est, ut adim-  
pleretur, quod dictum est à Domino.

A 3

per

## 6 VITA CHRISTI

per Prophetam dicentem: Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus. *Matth. 1. v. 22. 23.*

I I. Exurgens autem Ioseph à somno, fecit, sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit conjugem suam. *Matth. 1. v. 24.*

I II. Et non cognoscebat eam, donec perperit filium suum primogenitum: & vocavit nomen ejus I E S V M. *Matth. 1. v. 25.*

## MEDITATIO VIII.

*Ioseph cum Maria conjuge sua proficiscitur Bethlehem.*

I FActum est autem, in diebus illis, exiit Edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino. *Luc. 2. Vers. 1. Et 2.*

I I. Et ibant omnes, ut profiterentur, singuli in suam civitatem. *Luc. 2. v. 3.*

I II. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa, de civitate Nazareth, in Iudæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: eo quod esset de domo & familia David, ut profitetur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. *Luc. 2. v. 4. Et 5.*

ME;

AD ANNVM XXX.

## MEDITATIO IX.

*Christus in Bethlehem nascitur.*

I. **E**t Actum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret. *Luc. 2. v. 7.*  
Ver. 6.

II. Et peperit filium suum primogenitum. *Luc. 2. v. 7.*

III. Et pannis eum involuit, & reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio. *Luc. 2. v. 7.*

## MEDITATIO X.

*Christus in Bethlehem natus nunciatur ab Angelo pastoribus.*

I. **E**t pastores erant in regione eadem, vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. *Luc. 2. v. 8. & 9.*

II. Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus

A 4                    Do-

Dominus , in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. *Luc. 2. v. 10.*  
*11. 12.*

III. Et subito facta est cum Angelo multitudo militia cœlestis, laudantium Deum, & dicentium : Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc. 2. v. 13. & 14.*

## MEDITATIO XI.

*De adventu pastorum in stabulum.*

I. ET factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum, pastores loquebantur ad invicem : Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum , quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. *Luc. 2. v. 15.*

II. Et venerunt festinantes : & invenerunt MARIAM , & IOSEPH , & infantem positum in præsepio. Videntes autem, cognoverunt de verbo , quod dictum erat illis de puerò hoc. *Luc. 2. v. 16. & 17.*

III. Et omnes , qui audierunt , mirati sunt de his , quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. MARIÀ autem conservabat omnia verba hæc , conferens in corde suo. *Luc. 2. v. 18. & 19.*

IV. Et

**AD ANNVM XXX.**

**IV.** Et reversi sunt pastores , glorificantes & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.  
*Luc. 2. v. 20.*

**MEDITATIO XII.**

*De circumcisione Domini.*

**I.** Postquam consummati sunt dies octo , ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus I E S V S : quod vocatum est ab Angelo , priusquam in utero conciperetur.  
*Luc. 2. v. 21.*

**MEDITATIO XIII.**

*De adventu Magorum Hierosolymam.*

**I.** Cum natus esset IESVS in Bethlehem Iuda, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam, dicentes : Vbi est , qui natus est rex Iudæorum ? vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum . *Matth. 2. v. 1. &c. 2.*

**II.** Audiens autem Herodes rex , turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes Principes sacerdotum, &

A 5                   Scri-

Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur.. Matth. 2. v. 3. & 4.

III. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exierit dux, qui regat populum meum Israël. Matth. 2. v. 5. & 6.

## MEDITATIO XIV.

*De adventu Magorum in Bethlehem.*

I. **T**unc Herodes, clām vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puerō: & cùm inveneritis, renunciare mihi, ut & ego veniens adorem eum.. Matth. 2. vers. 7. & 8.

II. Qui cùm audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderāt in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret suprà, ubi erat puer.. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valdè. Matth. 2. vers. 9. & 10.

III. Et intrantes domum, invenerunt  
puer.

*AD ANNVM XXX.*

*ii*

puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum : & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham... *Matth. 2. v. 11.*

I V. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem ; per aliam viam reversi sunt in regionem suam. *Matth. 2. v. 12.*

## MEDITATIO XV.

*Christus in templo præsentatur.*

I. **P**ostquam impleti sunt dies purgationis MARIAE secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino : *Luc. 2. v. 22.*

II. (Sicut scriptum est in lege Domini : Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur...) *Luc. 2. v. 23.*

III. Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturū, aut duos pullos columbarum. *Luc. 2 v. 24.*

## MEDITATIO XVI.

*Simeon excitus Spiritu Sancto venit  
in templum.*

L. **E**t ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus & timoratus,

A 6

ratus,

ratus, exspectans consolationem Israël: & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. *Luc. 2. v. 25. Et 26.*

II. Et venit in spiritu in templum. Et cùm inducerent puerum IESVM parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum. *Luc. 2. v. 27 Et 28.*

III. Et dixit: Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum: Quod parasti ante faciem omnium populi-  
rum: Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. *Luc. 2. Vers. 29.  
30. 31. 32.*

## MEDITATIO XVII.

### *Simeon de Christo vaticinatur.*

I. **E**T erat pater ejus, & mater mirantes su-  
per his, quæ dicebantur de illo. *Luc. 2.  
Vers. 33.*

II. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad  
Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic  
in

in ruinam, & in resurrectionem multorum  
in Israël; & in signum, cui contradicetur.  
*Luc. 2. v. 34.*

**III.** Et tuam ipsius animam pertransibit  
gladius, ut revelentur ex multis cordibus co-  
gitationes. *Luc. 2. v. 35.*

## **MEDITATIO XVIII.**

*Anna prophetissa Christum in  
templo prædicat.*

**I.** **E**RAT Anna prophetissa', filia Phanuelis,  
de tribu Aser: hæc processerat in die-  
bus multis, & vixerat cum viro suo annis  
septem à virginitate sua. *Luc. 2. v. 36.*

**II.** Et hæc vidua usque ad annos octo-  
ginta quatuor: quæ non discedebat de tem-  
plo, jejunijs & obsecrationibus serviens no-  
ste ac die. *Luc. 2. v. 37.*

**III.** Et hæc, ipsâ horâ superveniens,  
confitebatur Domino: & loquebatur de illo  
omnibus, qui expectabant redemptionem  
Israël, *Luc. 2. v. 38.*

**IV.** Et ut perfecerunt omnia secundum  
legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in  
civitatem suam Nazareth. *Luc. 2. v. 39.*

## MEDITATIO XIX.

*Indicitur ab Angelo fuga in  
Ægyptum.*

I. **E**cce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum: & esto ibi, usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. *Matth. 2. v. 13.*

II. Qui consurgens, accepit puerum, & matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum: & erat ibi usque ad obitum Herodis. *Matth. 2. v. 14. & 15.*

III. Ut adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum. *Matth. 2. v. 15.*

## MEDITATIO XX.

*Cedes innocentium pro Christo  
Martyrum.*

I. **T**unc Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde. *Matth. 2. v. 16.*

II. Et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus

*AD ANNVM XXX.* 13

bus ejus, à bimatu & infrà, secundum tempus, quod exquisierat à Magis~. Matth. 2.  
Vers. 16.

III. Tunc ad implétum est, quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus. Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Matth. 2. v. 17. & 18.

## MEDITATIO XXI.

*I E S V S* Angeli monitu revocatur ab exilio.

I. **D**efuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Matth. 2. v. 19. & 20.

II. Qui consurgens, accepit puerum & matrem ejus, & venit in terram Israël. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Matth. 2. v. 21. 22.

III. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur, quod dictum

16 VITA CHRISTI

dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur. *Mattb. 2. v. 23.*

IV. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. *Luc. 2. v. 40.*

MEDITATIO XXII.

*I E S V S duodennis inscijs parentibus,  
manet Hierosolymæ.*

I. Bant 1. parentes ejus per omnes annos in Ierusalem, in die solemnii Paschæ. *Luc. 2. v. 41.*

II. Et cum factus 2. esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi: consummatisq; diebus, cum redirent, remansit puer I E S V S in Ierusalem: & non cognoverunt parentes ejus. *Luc. 2. v. 42. 43.*

III. Existimantes 3. autem, illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non invenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. *Luc. 2. v. 44. & 45.*

ME.

AD ANNVM XXX. 17

## MEDITATIO XXIII.

### I E S V S post triduum inventus in tempio.

I. ET factum est, post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio do-  
ctorum, audientem illos, & interrogantem  
eos. Stupebant autem omnes, qui eum audie-  
bant, super prudentia & responsis ejus.  
*Luc. 2. v. 46. § 47.*

II. Et videntes, admirati sunt. Et dixit  
mater ejus ad illum : Fili, quid fecisti nobis  
sic ? ecce pater tuus & ego dolentes quære-  
bamus te. Et ait ad illos : Quid est, quod me  
quarebatis ? nesciebatis, quia in his, quae Pa-  
tris mei sunt, oportet me esse ? *Luc. 2. v.*  
*48. § 49.*

III. Et ipsi non intellexerunt verbum,  
quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis,  
& venit Nazareth. *Luc. 2. v. 50. § 51.* Et  
mater ejus conservabat omnia verba hæc in  
corde suo. *Luc. 2. v. 51.*

ME.

## MEDITATIO XXIV.

*De vita Christi ab anno etatis duodecimo usq; ad trigesimum.*

I. **D**escendit cum eis, ( Iosepho & Mariâ ) & venit Nazareth: & erat subditus illis.  
*Luc. 2. Vers. 51.*

II. Et IESVS proficiebat sapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum & homines.  
*Luc. 2. v. 52.*

III. IESVS facto sabbato coepit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina ejus, dicentes: Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est illi; & virtutes tales, quæ per manus ejus efficiuntur? Nónne hic est faber, filius Mariæ? *Marc. 6. v. 2. & 3.* Vnde patet, illum exercuisse artem fabrilem.

## MEDITATIO XXV.

*Genealogia D. N. IESU  
Christi.*

**L**iber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. *Matth. 1. v. 1.*

*Tessa-*

*AD ANNVM XXX.* 39

*Tessaradecadis prima Proge-  
nitores sunt:*

I. Abraham. II. Isaac. III. Jacob. IV.  
Iudas. V. Phares. VI. Efron. VII. Aram.  
VIII. Aminadab. IX. Naasson X. Salmon.  
XI Booz. XII. Obed. XIII. Iesse.

XIV. David rex.

Omnis generationes ab Abraham usque  
ad David, generationes quatuordecim. *Mat-  
th. L. v. 17.*

*Tessaradecadis secunda Proge-  
nitores.*

I. Salomon. II. Roboam. III. Abias.  
IV. Asa. V. Iosaphat. VI. Ioram. VII. Ozi-  
as. VIII. Ioatham. IX. Achaz. X. Ezechias.  
XI. Manasses. XII. Amon. XIII. Iosias.

XIV. Iechonias.

Omnis generationes à David usque ad  
transmigrationem Babylonis, generationes  
quatuordecim. *Matth. L. v. 17.*

*Tessaradecadis tertia Proge-  
nitores.*

I. Iechonias. II. Salathiel. III. Zorobabel.  
IV. Abiud. V. Eliacim. VI. Azor. VII. Sa-  
doch. VIII. Achim. IX. Eliud. X. Eleazar.

XI. Ma-

20 VITA CHR. AD ANNVM XXX.

XI. Mathan XII. Iacob. XIII. Ioseph vir  
MARIÆ : de qua natus est

XIV. IESVS, qui vocatur Christus.  
Omnes generationes à transmigratione Ba-  
bylonis usque ad Christum, generationes  
quatuordecim. *Matth. 1. 6. 17.*

De numero trium harum tessara decadum,  
videatur Barradius Tom. 1. lib. 5. cap. 19.  
med. cum solutione difficultatum : item S.  
Hieronymus Comment. in c. 1. Matthæi.



VITÆ

• 85 (2 L.) 90

VITÆ  
D. N. J E S U  
C H R I S T I  
Monotessaron.

P A R S II.

Continens acta præcipua D. N. IESU  
Christi ab anno etatis trigesimo.

MEDITATIO XXVI.

Christus venit ad Ioannem ab eo  
baptizandus.

I.

**E**T factum est in diebus illis,  
venit IESVS à Nazareth Galilææ.  
Marc. i. v. 9. in Iordanem, ad Ioan-

nem, ut baptizaretur ab eo. Matth. 3. v. 13.

II. Ioannes autem prohibebat eum, di-  
cens: Ego à te debedo baptizari, & tu venis  
ad me? Matth. 3. v. 14.

III. Respondens autem IESVS, dixit ei:

Sine

Sine modò , sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum. *Matth. 3.*  
*Vers. 15.*

I V. Et baptizatus est I E S V S . à Ioanne  
 in Iordanè . *Marc. 1. v. 9.*

## MEDITATIO XXVII

*Quæ in hoc Baptismo evenerint mi-  
 rabilia.*

I. **B**aptizatus autem I E S V S , confessim  
 ascendit de aqua : & ecce aperti sunt ei  
 cœli. *Matth. 3. v. 16.* Factum est autem,  
 cum baptizaretur omnis populus , & I E S V  
 baptizato & orante , apertum est cœlum .  
*Luc. 3. v. 21.* Et vidit cœlos apertos. *Marc.*  
*v. 10.*

II. Et descendit Spiritus sanctus corpo-  
 rali specie sicut columba in ipsum. *Luc. 3.*  
*v. 22.* Et vidit spiritum Dei descendenter  
 sicut columbam , & venientem super se: *Matt.*  
*3. v. 16.* & manentem in ipso. *Marc. 1.*  
*Vers. 10.*

III. Et ecce vox de cœlis , dicens : Hic  
 est filius meus dilectus , in quo mihi com-  
 placui. *Matth. 3. v. 17.* Et vox facta est de  
 cœlis :

AB ANNO XXX; 23

cœlis : tu es filius meus dilectus, in te complacui. *Marc. 1. v. 11.* in te complacuit mihi. *Luc. 3. v. 22.*

IV. Et ipse IESVS erat incipiens quasi annorum triginta. *Luc. 3. v. 23.*

## MEDITATIO XXVIII.

### *Christi quadragintadiale jejunium in deserto.*

I E S V S autem plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordanè : & agebatur à Spiritu in desertum diebus quadraginta. *Luc. 4. v. 1.* Tunc IESVS ductus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. *Matth. 4. v. 1.* Statim Spiritus expulit eum in desertum. *Marc. 1. v. 11.*

II. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus : & tentabatur à Satana : eratque cum bestiis. *Marc. 1. v. 13.* Et nihil manducavit in diebus illis. *Luc. 4. Vers. 2.*

III. Et cùm jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriuit. *Matth. 4. v. 2.* Consummatis illis, esurijt. *Luc. 4. Vers. 2.*

M.E.

## MEDITATIO XXIX.

*Christus ter à diabolo tentatus  
vincit.*

I. **E**T accedens tentator (Satanas, *Marc. 1. v. 13.* Diabolus, *Luc. 4. v. 3.*) dixit ei: Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est; Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Matth. 4. v. 3. & 4. Luc. 4. v. 3. & 4.*

II. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, (duxit illum in Ierusalem, *Luc. 4. v. 9.*) & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum... Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandavit de te, ut conservarent te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum... Ait illi IESVS rursum: Scriptum est; Non tentabis Dominum Deum tuum... *Matth. 4. v. 5. 6. 7. Luc. 4. v. 9. 10. 11. 12.*

III. Iterum assumpsit (duxit, *Luc. 4. v. 5.*) eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. *Matth. 4. v. 8.* Ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento

tempo.

temporis. *Luc. 4. v. 5.* Et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt; & cui volo. do illa. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia. *Luc. 4. v. 6. & 7.* Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. *Matth. 4. v. 9.* Tunc dicite ei Iesus: Vade Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. *Matth. 4. v. 10.* *Luc. 4. vers. 8.*

IV. Tunc reliquit eum diabolus. *Matth. 4. v. 11.* Consummatâ omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus. *Luc. 4. v. 13.* Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. *Matth. 4. v. 11.* *Marc. 1. v. 13.*

V. Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiit per universam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. *Luc. 4. v. 14. 15.*

## MEDITATIO XXX.

*De prima vocatione Andreae, ad solam quandam Christi notitiam.*

I. **S**tabat Ioannes, & ex discipulis ejus duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dicit:

B

Ecce

26 ACTA CHRISTI

Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt I E S U M.  
*Ioan. 1. v. 35. 36. 37.*

I I. Conversus autem Iesus, & videntes eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) ubi habitas? Dicte eis Venite, & videte. *Ioan. 1. v. 38. & 39.*

I II. Venerunt, & viderunt ubi maneret & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant a Ioanne, & secuti fuerant eum. *Ioan. 1. v. 39. & 40.*

MEDITATIO XXXI.

*De prima vocatione Petri, ad solam item Christi notitiam.*

I. Invenit hic (Andreas) primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum C H R I S T U S. *Ioan. 1. v. 41.*

II. Et adduxit eum ad I E S U M, *Ioan. 1. v. 42.*

III. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. *Ioan. 1. v. 42.*

M E.

## MEDITATIO XXXII.

*De vocatione Philippi.*

I. IN craftinum voluit IESUS exire in Galilæam, & invenit Philippum. *Ioan. 1. v. 43.*

II. Et dicit ei IESUS: Sequere me. *Ioan. 1. v. 43.*

III. Erat autem Philippus à Bethsaida, civitate Andreæ & Petri. *Ioan. 1. v. 44.*

## MEDITATIO XXXIII.

*De vocatione Nathanaëlis.*

I. INvenit Philippus Nathanaël, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, invenimus IESUM filium Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanaël: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. *Ioan. 1. v. 45. & 46.*

II. Vedit IESUS Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israëlite, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanaël: Vnde me nosti? Respondit IESUS, & dixit ei: Prisquam te Philippus vocaret, cùm esses subfici, vidi te. *Ioan. 1. v. 47. & 48.*

III. Respondit ei Nathanaël, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël. Respon-

B. 2. dit:

dit IESUS, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: majus his videbis. Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentis, & descendentes supra Filium hominis.  
Ioan. I. v. 49. 50. 51.

## MEDITATIO XXXIV.

*De secunda Petri, aliorūq; vocatione  
ad sequelam solum temporaneam, cum  
animo revertendi ad pi-  
scationem.*

I. Factum est, cùm turbæ irruerent in eū, ut audirent verbum Dei, & ipse staba secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum; Piscatores autem descenderant, & lavabant retia. Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas.  
Luc. 5. v. 1. 2. 3.

II. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem labores, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cùm hoc fecissent, concluserunt

*AB ANNO XXX.* 29

Vidi  
Et di-  
ebitis  
iden-  
nitis  
  
ferunt piscium multitudinem copiosam :  
rumpebatur autem rete eorum. Et annue-  
runt socijs, qui erant in alia navi, ut veni-  
rent, & adjuvarent eos. Et venerunt, &  
impleuerunt ambas naviculas, ita ut penè  
mergerentur. *Luc. 5. v. 4. s. 6. 7.*

V.  
itio-  
um  
  
III. Quod cùm videret Simon Petrus,  
procidit ad genua Iesu, dicens : Exi à me,  
quia homo peccator sum, Domine. Stupor  
enim circumdederat eum, & omnes qui  
cum illo erant, in captura piscium, quam ce-  
perant. Similiter autem Iacobum & Ioan-  
nem, filios Zebedæi, qui erant socij Simo-  
nis. Et ait ad Simonem Iesus : Noli time-  
re : ex hoc jam homines eris capiens. *Luc.  
s. Vers. 8. 9. 10.*

IV. Et subductis ad terram nivibus, re-  
lictis omnibus, secuti sunt eū. *Luc. 5. v. 11.*

## MEDITATIO XXXV.

*De vocatione Petri & Andreae ad per-  
petuam sequelam.*

I. **A**bulans Iesus juxta mare Galilææ,  
vidit duos fratres, Simonem, qui vo-  
catur Petrus, & Andream fratrem ejus, mit-  
tentes retia in mare : erant enim piscaiores.  
*Match. 4. v. 18. Marc. 1. v. 16.*

30 ACTA CHRISTI

II. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri pescatores hominum. Matth. 4. v. 19. Marc. 1. v. 17.

III. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Matth. 4. v. 20. Marc. 1. v. 18.

MEDITATIO XXXVI.

*De vocatione filiorum Zebedæi, Ioannis & Iacobi.*

I. Progressus inde pusillum, vidit alios fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficienes (& ipsos componentes) retia sua in navi. Matth. 4. v. 21. Marc. 1. v. 19.

II. Et statim vocavit eos. Matth. 4. v. 21. Marc. 1. v. 20.

III. Illi autem statim relictis retibus, & relicto patre suo Zebedæo in navi cum mercenarijs, secuti sunt eum. Matth. 4. v. 22. Marc. 1. v. 20.

MEDITATIO XXXVII.

*Christus adest nuptiis in Cana Galilææ.*

I. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iissu ibi. Vocatus est

*AB ANNO XXX.*      31

autem & Iesus, & discipuli ejus, ad nuptias.  
*Ioan. 2. v. 1. § 2.*

I I. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. *Ioan. 2. v. 3. § 4.*

III. Dicit mater ejus ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. *Ioan. 2. v. 5.*

## MEDITATIO XXXVIII.

*Christus in iisdem nuptijs primum patratavit miraculum.*

I. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positiæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aquâ. Et impleverunt eas usque ad sumnum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. *Ioan. 2. v. 6. 7. 8.*

II. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat, unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. *Ioan. 2. v. 9. 10.*

III. Hoc fecit initium signorum Iesus in

Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus. Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus: & ibi manserunt non multis diebus. *Ioan. 2. v. 11. & 12.*

## MEDITATIO XXXIX.

*Defugatis è templo negotiatoribus  
prima vice.*

I. Propè erat Pascha Iudorum, & ascendit Jesus Ierosolymam: & invenit in templo vendentes, boves, & oves, & columbas, & nummularios sedentes. Et cùm secisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque & boves. *Ioan. 2. v. 13. 14. 15.*

II. Et nummulariorum effudit æs, & mensas subvertit *Ioan. 2. v. 13.*

III. Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere dominum Patris mei, dominum negotiationis. Recordati sunt verò discipuli ejus, quia scriptum est: *Psalm. 68. Vers. 10.* Zelus dominus tuae comedit me. *Ioan. 2. v. 16. & 17.*

ME-

## MEDITATIO XL.

*Nocturnum Christicum N. codemo  
colloquium.*

I. Erat homo ex Pharisæis, Nicodemus  
en nomine, princeps Iudæorum. Hic ve-  
nit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus  
quia à Deo venisti magister: nemo enim  
potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi  
fuerit Deus eum eo. *Ioan. 3. v. 1. § 2.*

II. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen,  
amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit de-  
novo, non potest videre regnum Dei. Dicit  
ad eum Nicodemus: Quomodo potest ho-  
mo nasci, cum sit senex? numquid potest in-  
ventrem matri suæ iteratò introire, & re-  
nasci? *Ioan. 3. v. 3. § 4.*

III. Respondit Iesus: Amen, amen di-  
co tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spi-  
ritu sancto, non potest introire in regnum  
Dei. Quod natum est ex carne, caro est: &  
quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non  
mireris, quia dixi tibi: Oportet vos nasci  
denuo. Spiritus, ubi vult, spirat: & vo-  
cem ejus audis, sed nescis, unde veniat, aut  
quò vadat: sic est omnis, qui natus est ex  
spiritu. *Ioan. 3. v. 5. 6. 7. 8.*

B S M E

## MEDITATIO XLI.

*De sedata maris tempestate.*

I. **N**illa die, cùm serò esset factum, ait illis:

**T**ranseamus contrà. Et dimitentes turbam, assumunt eum ita ut erat in navi: & aliæ naves erant cum illo. *Marc. 4. v. 35. & 36.* Et ascende[n]te eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus. *Matth. 8. v. 23.* Et ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. *Luc. 8. v. 22.*

II. Et navigantibus illis, obdormivit. *Luc. 8. v. 23.* Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus. *Matth. 8. v. 24.* Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in n[av]im, ita ut impleretur n[av]is. *Marc. 4. v. 37.* Descendit procella venti in stagnū, & complebantur, & periclitabantur. *Luc. 8. v. 23.* Ipse verò dormiebat. *Matth. 8. v. 24.* Erat ipse in puppi super cervical dormiens. *Marc. 4. v. 38.*

III. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus. *Matth. 8. v. 25.* Præceptor, perimus. *Luc. 8. v. 24.* Magister, non ad te pertinet, quia perimus? *Marc. 4. v. 38.* Tunc surgens, imperavit ventis & mari.

mari. *Matth. 8. v. 26.* At ille surgens, increpavit ventum & tempestatem aquæ. *Luc. 8. v. 24.* Exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessavit ventus. *Marc. 4. v. 39.* Et facta est tranquillitas magna. *Matth. 8. v. 26.* *Marc. 4. v. 39.* *Luc. 8. v. 24.*

**I V.** Et dicit eis IESUS: Quid timidi estis, modicæ fidei? *Matth. 8. v. 26.* Nec dum habetis fidem? *Marc. 4. v. 40.* Vbi est fides vestra? *Luc. 8. v. 25.* Porrò homines mirati sunt, *Matth. 8. v. 27.* & timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis, putas, est iste, quia & ventus & mare obdiunt ei? *Marc. 4. v. 40.* Timentes, mirati sunt ad invicem, dicentes: Quis, putas, hic est, quia & ventis & mari imperat, & obdiunt ei? *Luc. 8. v. 25.* Et navigaverunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. *Luc. 8. v. 26.*

## MEDITATIO XLII.

### *De vocatione Matthæi.*

**I.** IESUS egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cum præteriret, vidit Levi Alphæi sedentem ad telonium, *Marc. 2. v. 13.* *Ego te*

Vi-

36 ACTA CHRISTI

Vidit publicanum nomine Levi, sedentem ad telonium. *Luc. 5. v. 27.* Cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. *Matth. 9. v. 9.*

II. Et ait illi: Sequere me. *Matth. 9. v. 9.*  
*Marc. 2. v. 14. Luc. 5. v. 27.*

III. Et surgens, secutus est eum. *Matth. 9. v. 9.*  
*Marc. 2. v. 14.* Et relicta omnibus, surgens secutus est eum. *Luc. 5. v. 28.*

## MEDITATIO XLIII.

*De conversione Mariae Magdalena.*

I. Rogabat Iesum quidam de Phariseis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei discubuit. *Luc. 7. v. 36.*

II. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit, quod accubuisse in domo Pharisei, attulit alabastrum unguenti. *Luc. 7. v. 37.*

III. Et stans retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus; & capillis capitum sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. *Luc. 7. v. 38.*

## MEDITATIO XLIV.

*Christus per parabolam corripit Simonem criminantem.*

I. Videntes autem Phariseus, qui vocaverat

**AB ANNO XXX.** 37

rat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret utique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est.  
*Luc. 7. v. 39.*

II. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingen-tos, & aliis quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? *Luc. 7. v. 40. 41. 42.*

III. Respondens Simon dixit: AEstimo, quia is, cui plus donavit. At ille dixit ei: Re-  
Etè judicasti. *Luc. 7. v. 43.*

## MEDITATIO XLV.

*Christus Magdalena me egregiè  
defendit.*

I. E T conversus Iesus ad mulierem, dixit  
Simon: Vides hanc mulierem? Intra-  
vi in domum tuam, aquam pedibus meis  
non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit  
pedes meos, & capillis suis tersit. *Luc. 7.*  
*v. 44.*

II. Osculum mihi non dedisti: hæc au-  
tem ex quo intravit, non cessavit osculari  
pedes meos. *Luc. 7. v. 45.*

III. O-

38. ACTA CHRISTI

III. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. *Luc. 7. v. 46.*

MEDITATIO XLVI,

*Christus peccata dimitit  
Magdalene.*

I. Propter quod dico tibi, ( o Simon:) Remittuntur ei peccata multa , quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur , minus diligit. Dixit autem ad illam : Remittuntur tibi peccata. *Luc. 7. v. 47. & 48.*

II. Et cœperunt , qui simul accumabant, dicere intra se : *Quis est hic, qui etiam peccata dimitit ? Luc. 7. v. 49.*

III. Dixit autem ad mulierem : Fides tuæ salvam fecit : vade in pace. *Luc. 7. v. 50.*

MEDITATIO XLVII.

*De missis ad prædicandum  
Apostolis.*

I. Iesus convocatis duodecim discipulis suis , (Apostolis, *Luc.*) dedit illis potestatem spirituum immundorum, (super omnia

*AB ANNO XXX.*

39

mnia dæmonia, *Luc.*) ut eijcerent eos, & cu-  
rarent omnem languorem, & omnem in-  
firmitatem. *Matth. 10. v. 1. Luc. 9. v. 1.*

I I. Duodecim autem Apostolorum no-  
mina sunt hæc. Primus Simon, qui dicitur  
Petrus, & Andreas frater ejus: Jacobus Ze-  
bedæi, & Ioannes frater ejus: Philippus &  
Bartholomæus, Thomas, & Matthæus pu-  
blicanus, Jacobus Alphæi, & Thaddæus, Si-  
mon Chananaeus, & Iudas Iscariotes, qui &  
tradidit eum. *Matth. 10. v. 2. 3. 4.*

I II. Hos duodecim misit Iesus. *Matth.*  
*10. v. 5.* Et cœpit eos mittere binos, *Marc.*  
*6. v. 7.* prædicare regnum Dei, & sanare in-  
fimos. *Luc. 9. v. 2.* præcipiens eis, dicens;  
In viam gentium ne abieritis, & in civitates  
Samaritanorum ne intraveritis: sed potius  
ite ad oves, quæ perierunt, domūs Israël.  
*Matth. 10. v. 5. Et 6.*

I V. Euntes autem prædictate, dicentes:  
Quia appropinquavit regnum cœlorum. In-  
firmos curate, mortuos suscitare, leprosos  
mundate, dæmones eijcite: gratis accepi-  
stis, gratis date. *Matth. 10. v. 7. Et 8.* Egres-  
si autem circuibant per castella, evangelizan-  
tes & curantes ubiq.; *Luc. 9. v. 6.* Prædica-  
bant, ut pœnitentiam agerent: & dæmonia  
multa eijciebant, & ungebant oleo multos  
ægros,

40 ACTA CHRISTI

ægros, & sanabant. *Marc. 6. v. 12.* Et  
reversi Apostoli, narraverunt illi, quæcunq;  
fecerunt: & aslumptis illis secesit seorsum  
in locum desertum, qui est Bethsaidæ. *Luc.  
9. v. 10.*

MEDITATIO XLVIII.

*De quinque millium hominum  
refectione.*

I. R Eversi Apostoli, *Luc. 9. v. 10.* & con-  
venientes ad IESUM, renunciaverunt  
ei omnia, quæ egerant & docuerant. Et ait  
illis: Venite seorsum in desertum locum,  
& requiescite pusillum. Erant enim, qui ve-  
niebant, & redibant, multi: & nec spatum  
manducandi habebant. *Marc. 6. v. 30.* Et 31.

II. Et ascendentes in navim, abierunt,  
*Marc. 6. v. 32.* trans mare Galilææ, quod  
est Tiberiadis, *Ioan. 6. v. 1.* in desertum lo-  
cum seorsum, *Marc. 6. v. 32.* qui est Beth-  
saidæ. *Luc. 9. v. 10.* Et viderunt eos abeun-  
tes. & cognoverunt multi: & pedestres de  
omnibus civitatibus concurrerunt illuc, &  
prævenerunt eos. *Marc. 6. v. 33.* Quia vi-  
debat signa, quæ faciebat super his, qui in-  
firmabantur. *Ioan. 6. v. 2.*

III. Subiit ergo in monrem IESUS, &

*AB ANNO XXX.* 41

ibi sedebat cum discipulis suis, *Ioan. 6. v. 3.*  
Et exiens vidit turbam multam, *Matth. 14.*  
*v. 14.* & misertus est super eos, quia erant  
sicut oves non habentes pastorem: & cœpit  
illos docere multa. *Marc. 6. v. 34.* Loqueba-  
tur illis de regno Dei, & eos, qui curâ indi-  
gebant, sanabat. *Luc. 9. v. 11.* Curavit  
languidos eorum. *Matth. 14. v. 14.*

IV. Dies autem cœperat declinare. *Luc.*  
*9. v. 12.* Et cùm jam hora multa fieret,  
*Marc. 6. v. 35.* Vespere facto, accesserunt  
ad eū discipuli ejus *Matth. 14. v. 15.* duode-  
cim, *Luc. 9. v. 12.* dicētes: Desertus est locus  
hic, & jā hora præteriit: Dimitte turbas, ut  
euntes in proximas villas, & vicos, & ca-  
stella, emant sibi cibos, quos manducent.  
*Matth. 14. v. 15.* *Marc. 6. v. 35.* *Eg. 36.* Ut  
euntes in castella, villásq; quæ circa sunt, di-  
vertant, & inveniant escas: quia hīc in loco  
deserto sumus. *Luc. 9. v. 12.*

**MEDITATIO XLIX.**

[*Christus tentat discipolorum  
fidem.*]

I. **I**esus autem dixit eis: Non habent ne-  
cessitate ire: date illis vos manducare. *Mat-  
thai 14. v. 16.* Et dixerunt ei: Euntes ema-  
mus ducentis denarijs panes, & dabimus illis  
manducare. *Marc. 6. v. 37.*

II.

42. ACTA CHRISTI

II. Cùm sublevâisset ergo oculos Iesus,  
& vidisset, quia multitudo maxima venit ad  
eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus  
panes, ut manducent hi? Hoc autem di-  
cebat tentans eum: ipse enim sciebat, quid  
esset facturus. *Ioan. 6. v. 5. & 6.*

III. Respondit ei Philippus: Ducento-  
rum denariorum panes non sufficiunt eis, ut  
unusquisque modicum quid accipiat. Dicit  
ei unus ex discipulis ejus, Andreas frater Si-  
monis Petri: Est puer unus h̄ic, qui habet  
quinque panes hordeaceos, & duos pisces:  
sed hæc quid inter tantos? *Ioan. 6. v. 7. 8. 9.*

MEDITATIO L.

*Christus benedicit, & multiplicat  
panes.*

I. **D**icit eis Iesus: Quot panes habetis?  
Ite, & videte. Et cum cognovissent,  
dicunt: Quinque, & duos pisces. *Marc. 6.  
v. 38.* Non habemus h̄ic nisi quinque panes,  
& duos pisces. Qui ait eis: Afferte mihi  
illos huc. *Matth. 14. v. 17. & 18.* Et præ-  
cepit illis, ut accumbere facerent omnes,  
secundūm contubernia super viride fœnum.  
*Marc. 6. v. 39.* Erat autem fœnum multum  
in loco. *Ioan. 6. v. 10.* Ait ad discipulos suos:  
Faci-

Facite illos discubere per convivia quinquagenos. Et ita fecerunt. *Luc. 9. v. 14. &c 15.* Et discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos. *Marc. 6. v. 40.* Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque milia. *Ioan. 6. v. 10. Luc. 9. v. 14.*

II. Et cum jussisset turbam discubere super scenum, acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cælum, benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, ut ponerent ante eos: & duos pisces divisit omnibus. *Matth. 14. v. 19. Marc. 6. v. 41. Luc. 9. v. 16.* Accepit ergo IESUS panes; & cum gratias egisset, distribuit discubentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant. *Ioan. 6. v. 11.*

III. Et manducaverunt omnes, & satiati sunt. *Matth. 14. v. 20. Marc. 6. v. 42. Luc. 9. v. 17.* Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite, quæ superaverunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducaverant. *Ioan. 6. v. 12. &c 13. Luc. 9. v. 17. Matth. 14. v. 20.* Sustulerunt reliquias, fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. *Marc. 6. v. 43.*

I V. Erant autem, qui manducaverunt, quinque millia virorum, *Marc.* 6. §. 44. exceptis mulieribus & paryulis. *Matth.* 14. §. 21. Illi ergo homines cùm vidissent, quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. *Ioan.* 6. §. 14. Et statim compulit Iesus discipulos ascendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum (ad Bethsaida, *Marc.* 6. §. 45.) donec dimitteret turbas. *Matth.* 14. §. 22. Et cùm dimisisset eos, abiit in montem orare. *Marc.* 6. §. 46.

## MEDITATIO LI.

*De ambulatione Christi super aquas.*

I. Compulit Iesus discipulos suos ascendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum ad Bethsaida, donec dimitteret turbas. Et dimissâ turbâ, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. *Matth.* 14. §. 22. §. 23. *Marc.* 6. §. 45. 46.

II. Et cùm serò esset, erat navis in medio mari, & ipse solus in terra. *Marc.* 6. §. 47. Mare autem vento magno flante, exurgebat. *Ioan.* 6. §. 18. Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. *Matth.* 14. §. 24.

III.

III. Cùm remigassent ergo quasi stadiæ viginti quinque , aut triginta, *Ioan. 6. v. 19.* videns eos laborantes in remigando ( erat enim ventus contrarius eis ) circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare : & volebat præterire eos. *Marc. 6. v. 48.*

IV. At illi ut viderunt eum ambulantem supra mare, *Marc. 6. v. 49.* & proximum navis fieri, *Ioan. 6. v. 19.* putayerunt phantasma esse ; *Marc. 6. v. 49.* & timuerunt, *Ioan. 6. v. 19.* & exclamaverunt. Omnes enim viderunt eum , & conturbati sunt, *Marc. 6. v. 49. 50.* dicentes : Quia phantasma est. Et præ timore clamaverunt. *Matth. 14. v. 26.* Statimq; Iesus locutus est eis , dicens : Habetе fiduciam : Ego sum ; nolite timere. *Matth. 14. v. 27.* *Marc. 6. v. 50.* *Ioan. 6. v. 20.* Voluerunt ergo accipere eum in navim. *Ioan. 6. v. 21.*

## MEDITATIO LII.

### *De ambulatione Petri super aquas.*

I. **R**espondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es , jube me ad te venire super aquas. At ipse ait : Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam,

ut

ut veniret ad Iesum. Matth. 14. v. 28.  
¶ 29.

II. Videns vero ventum validum, timuit:  
& cum cœpisset mergi, clamavit, dicens:  
Domine, salvum me fac. Et continuo Ie-  
sus extendens manum, apprehendit eum  
& ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Mat-  
thai 14. v. 30. ¶ 31.

III. Et cum ascendissent in naviculam,  
cessavit ventus. Matth. 14. v. 32. Et plus  
magis intra se stupebant. Marc. 6. v. 51. Qui  
autem in navicula erant, venerunt, & ado-  
raverunt eum, dicentes: Verè filius Dei es.  
Matth. 14. v. 33. Et statim navis fuit ad  
terram, ad quam ibant. Ioan. 6. v. 21. Et  
cum transfretassent, venerunt in terram Ge-  
nesar, Matth. 14. v. 34. & applicuerunt.  
Marc. 6. v. 53.

## MEDITATIO LIII.

*De quatuor millium hominum iterata  
refectione.*

I. IN diebus illis iterum cum turba multa es-  
ser, nec haberent, quod manducarent,  
Marc. 8. v. 1. Iesus convocatis discipulis  
suis dixit: Matth. 15. v. 32. Misereor super  
turbam: quia ecce jam triduo sustinent me,  
(triduo jam perseverant mecum, Matth.

¶ 5. v. 32.) nec habent, quod manducent: & si dimisero eos jejunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt. *Marc. 8. v. 2. Et 3.* Et dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. *Matth. 15. v. 32.*

II. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? *Marc. 8. v. 4.* Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisces. Et præcepit turbæ, ut discumperent super terram. *Matth. 15. v. 33, 34.*

35. *Marc. 8. v. 4. 5. 6.*

III. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, *Matth. 15. v. 36.* ut apponenterent, & apposuerunt turbæ, *Marc. 8. v. 6.* Et comedérunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sporras plenas. *Matth. 15. v. 37. Marc. 8. v. 8.*

IV. Erant autem, qui manducaverunt, quatuor millia hominum, *Matth. 15. v. 38.* quasi quatuor millia, *Marc. 8. v. 9.* extra parvulos & mulieres, *Matth. 15. v. 38.* Et dismissâ turbâ, ascendit in naviculam; & venit

in fines Magedan. *Matth. 15. v. 39.* Dimisit eos, & statim ascendens navim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha. *Marc. 8. v. 9. & 10.*

## MEDITATIO LIV.

*Petro claves regni cælorum promittuntur.*

I. **E**gressus est Iesus, & discipuli ejus, in castella ( in partes, *Matth. 16. v. 13.* ) Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me ( filium hominis, *Matth. 16. v. 13.* ) dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicentes: *Marc. 8. v. 27. & 28.* Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ierenniam, aut unum ex Prophetis: *Matth. 16. v. 14.* quia unus propheta de prioribus surrexit, *Luc. 9. v. 19.*

II. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, filius Dei vivi. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona; quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam,

AB ANNO XXX. 49

meam, & portæ inferi non prævalebunt ad-  
versus eam. *Matth. 16. v. 15. 16. 17. 18.*

III. Et tibi dabo claves regni cælorum.  
Et quodcumque ligaveris super terram, erit  
ligatū & in cælis: & quodcumq; ssolveris su-  
per terram, erit solutum & in cælis. *Idem di-  
citur omnibus Apostolis Matth. 18. v. 18.*

IV. Tunc præcepit discipulis suis, ut  
nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Chri-  
stus. *Matth. 16. v. 20.* Comminatus est  
eis, ne cui dicerent de illo. *Marc. 8. v. 30.*  
At ille increpans illos, præcepit, ne cui dice-  
rent hoc, dicens: Quia oportet filium ho-  
minis multa pati, & reprobari à senioribus,  
& principibus Sacerdotum, & Scribis, & oc-  
cidi, & tertiâ die resurgere. *Luc. 9. v. 21.* *Et*  
*22. Marc. 8. v. 31.*

## MEDITATIO LV.

### *De Transfiguratione Christi.*

I. **A**ssumpsit Iesus Petrum, & Iacobum,  
& Ioannem fratrem ejus, & ascendit  
in montem, ut oraret: & duxit illos in mon-  
tem excelsum seorsum solos. *Matth. 17. v. 1.*  
*Marc. 9. v. 1. Luc. 9. v. 28.*

II. Et facta est, dum oraret, species vul-  
tus ejus altera, & vestitus ejus albus & re-  
fulgens. *Luc. 9. v. 29.* Transfiguratus est an-  
te eos: & resplenduit facies ejus sicut sol;

C                   vesti-

## 50 ACTA CHRISTI

vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. *Matth. 17. v. 2.* Transfiguratus est coram ipsis : & vestimenta ejus facta sunt splendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere *Marc. 9. v. 1. Et 2.*

III. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias : *Matt. 17. v. 3.* & erant loquentes cum Iesu. *Marc. 9. v. 3.* Et ecce duo viri loquebantur cum illo : erant autem Moyses & Elias, visi in majestate, & dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Ierusalem. *Luc. 9. v. 30. Et 31.*

## MEDITATIO LVI.

*De voce Patris cælitus allapsâ.*

I. Petrus verò , & qui cum illo erant , gravati erant somno. Et evigilantes, videbunt majestatem ejus , & duos viros , qui stabant cum illo. Et factum est , cum discederent ab illo , ait Petrus ad Iesum : *Luc. 9. v. 32. Et 33.* Domine , *Matth. 17. v. 4.* Rabbi, *Marc. 9. v. 4.* Præceptor , bonum est nos hic esse. *Luc. 9. v. 33.* Si vis , faciamus hic tabernacula , tibi unum , Moysi unum , & Elias unum : *Matth. 17. v. 4.* nesciens , quid diceret ; *Luc. 9. v. 33.* erant enim timore exercitati. *Marc. 9. v. 5.*

H. Hac

AB ANNO XXX.

57

II. Hæc autem illo adhuc loquente, ecce facta est nubes lucida, & obumbravit eos. *Matth. 17. v. 5. Luc. 9. v. 34.* & timuerunt, intrantibus illis in nubem. Et ecce vox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. *Matth. 17. v. 5. Marc. 9. v. 6. Luc. 9. v. 34. & 35.* Et audientes discipuli, cederunt in faciem suam, & timuerunt valde. *Matth. 17. v. 6.*

III. Et accessit IESUS, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem videbunt, nisi solum IESUM. *Matth 17. v. 7. & 8.* Dum fieret vox, inventus est IESUS solus, *Luc. 9. v. 36.*

## MEDITATIO LVII.

*Discipuli prohibentur hanc visionem  
e vulgare.*

I. D<sup>r</sup>escendentibus illis de monte, præcepit eis IESUS, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. *Matth. 17. v. 9.* Nisi cùm filius hominis à mortuis surrexerit. *Marc. 9. v. 8.*

II. Et verbum continuerunt apud se, conquirentes, quid esset; Cùm à mortuis surrexerit. *Marc. 9. v. 9.*

C 2

III. Tac.

52 ACTA CHRISTI

III. Tacuerunt, & nemini dixerunt in  
illis diebus quidquam ex his, quæ viderant  
*Luc. 9. v. 36.*

MEDITATIO LVIII.

*Christus pro se, & Petro soluit  
didrachma.*

I. **C**Vm venissent Capharnaū, accesserunt  
qui didrachma accipiebant, ad Petru,  
& dixerunt ei : Magister vester non solvit  
didrachma ? Ait : Etiam. *Mattb. 17. v. 23.*  
**E** 24.

II. Et cùm intrasset in domum , præve-  
nit eum IESUS , dicens : Quid tibi videtur Si-  
mon ? Reges terræ à quibus accipiunt tribu-  
tum, vel censum ? à filijs suis, an ab alienis ?  
Et ille dixit : Ab alienis. Dixit illi IESUS :  
Ergo liberi sunt filij. *Mattb. 17. v. 24. 25.*

III. Ut autem non scandalizemus eos,  
vade ad mare , & mitte hamum : & eum pi-  
scem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto  
ore ejus , invenies staterem : illum sumens,  
da eis pro me, & te. *Mattb. 17. v. 26.*

MEDITATIO LIX.

*Christus clam ad festum Tabernacu-  
lorum proficiscitur.*

I. **A**mbulabat IESUS in Galileā, non enim  
vole-

volebat in Iudæam ambulare , quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum , Scenopedia. Dixerunt autem ad eum fratres ejus : Transi hinc , & vade in Iudæam , ut & discipuli tui videant opera tua , quæ facis. *Ioan. 7. 7.*  
*Vers. 1. 2. 3.*

II.  
uit  
fferunt  
Petrū,  
solvit  
G. 23.  
præve  
etur Si  
tribu  
alienis  
suss.  
23.  
is eos  
eum pi  
aperto  
mens,  
  
X.  
nach  
on enim  
vole

I I. Dicit ergo eis I e s u s : Vos ascendetis ad diem festum hunc , ego autem non ascendo ad diem festum istum : quia meum tempus nondum impletum est. Hæc cùm dixisset , ipse mansit in Galilæa. *Ioan. 7. 6.*  
*6. 8. 9.*

III. Ut autem ascenderunt fratres ejus , tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifestè , sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die festo , & dicebant : Vbi est ille ? Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant : Quia bonus est. Alij autem dicebant : Non , sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo , propter metum Iudæorum. *Ioan. 7. 6. 10. 11. 12. 13.*

IV. Iam autem die festo mediante ascendit I e s u s in templum , & docebat. Et mirabantur Iudæi. *Ioan. 7. 6. 14. 15.*

## MEDITATIO LX.

*Mulierem in adulterio deprehensam  
dimitit.*

I. **I**esus diluculo venit in templum , & omnis populus venit ad eum , & sedens doccebat eos. Adducunt autem Scribæ , & Pharisæi , mulierem in adulterio deprehensam : & staruerunt eam in medio , & dixerunt ei : Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis ? Hoc autem dicebant, tentantes eum , ut possent accusare eum. *Ioan. 8. 3. 4. 5. 6.*

II. **I**esus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis : Qui sine peccato est vestrum , primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. Audientes autem unus post unum exibant, incipientes à senioribus : & remansit solus Iesus , & mulier in medio stans. *Ioan. 8. 6. 7. 8. 9.*

III. Erigens autem se **I**esus , dixit ei : Mulier, ubi sunt , qui te accusabant ? nemo te condemnavit ? Quæ dixit : Nemo , Domine.

AB ANNO XXX. 35

mine. Dixit autem Iesus: Nec ego te con-  
demnabo; Vade, & jam amplius noli pec-  
care. *Ioan. 8. 9. 10. § 1.*

## MEDITATIO LXI.

*Septuaginta duos discipulos designat, &  
instructos prædicatum  
mittit.*

I. **D**esignavit Dominus & alios septuagin-  
ta duos; & misit illos binos ante fa-  
ciem suam, in omnem civitatem & locum,  
quò erat ipse venturus. Et dicebat illis: Mes-  
sis quidem multa, operarij autem pauci. Ro-  
gate ergo dominum messis, ut mittat ope-  
rarios in messem suam. *Luc. 10. 6. 1. § 2.*

II. Ite: Ecce ego mitto vos sicut agnos  
inter lupos. Nolite portare fæcillum, neq;  
peram, neque calceamenta, & neminem per  
viam salutaveritis. *Luc. 10. 6. 3. § 4.*

III. In quamcumque domum intraver-  
itis, primùm dicite: Pax huic domui; & si  
ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum  
pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. In  
eadem autem domo manete, edentes & bi-  
bentes, quæ apud illos sunt: dignus est enim  
operarius mercede suâ. *Luc. 10. 6. 5. 6. 7.*

IV. Nolite transire de domo in domum.  
Et in quamcumque civitatem intraveritis

## 56 ACTA CHRISTI

& non susceperint vos , exeuntes in plateas ejus, dicite : Etiam pulverem , qui adhæsit nobis de civitate vestrâ , extergimus in vos : tamen hoc scitote , quia appropinquavit regnum Dei. *Luc. 10. v. 7. 8. 9. 10. 11.* Dico vobis , quia Sodomis in die illa remissius erit, quam illi civitati. *Luc. 10. v. 12.*

## MEDITATIO LXII.

*Christus formulam precandi tradit.*

I. Factum est , cùm esset in quodam loco orans , ut cessavit , dixit unus ex discipulis ejus ad eum : Domine , doce nos orare , sicut docuit & Joannes discipulos suos. *Luc. 11. v. 1.*

II. Et ait illis : Cùm oratis , dicite : Pater noster , qui es in cælis , sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. *Matth. 6. v. 9. E& 10. Luc. 11. v. 2.* Fiat voluntas tua , sicut in cælo , & in terra. *Matth. 6. v. 10.*

III. Panem nostrum quotidianum ( supersubstantiale , *Matth. 6. v. 11.* ) da nobis hodie. *Luc. 11. v. 3.* Et dimitte nobis debita nostra , *Matth. 6. v. 12.* peccata nostra, *Luc. 11. v. 4.* Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris : *Matth. 6. v. 12.* Siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis, *Luc. 11. v. 4.*

Ec

AB ANNO XXX. 57

Et ne nos inducas in temptationem. *Matth. 6.*  
*V. 13. Luc. 11. V. 4.* Sed libera nos à malo  
Amen. *Matth. 6. V. 13.*

## MEDITATIO LXIII.

*Christus parvulos amplectitur, & manus eis imponit.*

I. **O**blati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. *Matth. 19. V. 13.*  
*Marc. 10. V. 13.* Afferebant ad illum & infantes, ut eos tangeret. *Luc. 18. Vers. 15.* Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. *Luc. 18. V. 15. Matth. 19. V. 13.* Discipuli comminabantur offerentibus. *Marc. 10.*  
*Vers. 13.*

II. Quos cum videret IESUS, indignè tulit, & ait *Marc. 10. V. 14.* convocans illos: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: *Luc. 18. V. 16.* ne prohibueritis eos: *Marc. 10. V. 14.* talium est enim regnum cælorum. *Matth. 19. V. 14.* regnum Dei. *Marc. 10. V. 14. Luc. 18. V. 16.* Amen dico vobis; Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. *Marc. 10. V. 15. Luc. 18. V. 17.*

III. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. *Marc.*

58 ACTA CHRISTI

Io. 6. 16. Et cum imposuisset eis manus,  
abijt inde. Matth. 19. 5.

MEDITATIO LXIV.

*Christus certior fit de Lazari infirmitate.*

I. Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Martha sororis ejus. ( Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) Ioan. 11. 5. & 2.

II. Miserunt ergo sorores ejus ad Iesum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. Ioan. 11. 5. & 4.

III. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem ejus Mariam, & Lazarum. Ut ergo audivit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Ioan. 11. 5. & 6.

MEDITATIO LXV.

*Christus quarto primū die Bethaniam venit.*

I. Post hæc dixit Iesus discipulis suis: La-

**AB ANNO XXX.**

zarus amicus noster dormit : sed vado  
ut à somno excitem eum. Dixerunt ergo di-  
scipuli ejus : Domine, si dormit, salvus erit.  
Dixerat autem Iesus de morte ejus : illi au-  
tem putaverunt, quia de dormitione somni  
diceret. *Ioan. XI. v. 11. 12. 13.*

II. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè:  
Lazarus mortuus est : Gaudeo propter vos,  
ut credatis, quoniam non eram ibi : sed ea-  
mus ad eum. *Ioan. XI. v. 14. § 15.*

III. Venit itaque Iesus : & invenit eum  
quatuor dies jam in monumento habentem.  
Erat autem Bethania juxta Ierosolymam  
quasi stadijs quindecim. *Ioan. XI. Vers. 17. §*  
*18.* Multi autem ex Iudæis venerant ad  
Martham & Mariam, ut consolarentur eas  
de fratre suo. *Vers. 19.*

**MEDITATIO LXVI.**

*Christus antè quam Lazarum suscitet,*  
*Marthæ fidem exstimulat.*

I. **M**artha ergo ut audivit, quia Iesus  
venit, occurrit illi : Maria autem do-  
mi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum :  
Domine, si fuisses hic, frater meus nō fuisset  
mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcumq;  
poposceris à Deo, dabit tibi Deus. *Ioan. XI.*  
*v. 20. 21. 22.*

**II. Di-**

I I. Dicit illi IESUS : Resurget frater tuus.  
Dicit ei Martha : Scio , quia resurget in re-  
surrectione in novissimo die. Dixit ei IESUS :  
Ego sum resurrectio , & vita , qui credit in  
me, etiam si mortuus fuerit, vivet. Et omnis,  
qui vivit , & credit in me , non morietur in  
æternum. Credis hoc ? *Ioan. 11. v. 23. 24.*

25. 26.

I II. Ait illi : Utique Domine , ego cre-  
didi , quia tu es Christus filius Dei vivi , qui  
in hunc mundum venisti. *Ioan. 11. v. 27.*

## MEDITATIO LXVII.

*Maria soror Lazari Christum  
accedit.*

I. E T cùm hæc dixisset Martha , abiit &  
Evocavit Mariam sororem suam silen-  
tio, dicens : Magister adest , & vocat te. Illa  
ut audivit, surgit citò , & venit ad eum. Non-  
dum enim venerat IESUS in castellum , sed  
erat adhuc in illo loco , ubi occurrerat ei  
Martha. *Ioan. 11. v. 28. 29. 30.*

II. Iudæi ergo , qui erant cum ea in do-  
mo , & consolabantur eam , cùm vidissent  
Mariam , quia citò surrexit , & exiit , securi-  
sunt eam , dicentes : Quia vadit ad monu-  
mentum, ut ploret ibi. *Ioan. 11. v. 31.*

III. Maria ergo cùm venisset , ubi erat

IE-

**AB ANNO XXX.** 67

Iesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. *Ioan. 11. v. 32.*

## MEDITATIO LXVIII.

*Christus infremit spiritu, turbat se ipsum, & lacrymatur.*

I. Iesus ergo ut vidit eam plorantem, & Iudeos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu: & turbavit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide. Et lacrymatus est Iesus. *Ioan. 11. v. 33. 34. 35.*

II. Dixerunt ergo Iudei: Ecce, quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos caeci nati, facere, ut hic non moreretur? *Ioan. 11. v. 36. & 37.*

III. Iesus ergo rursum fremens in se metipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror ejus, qui mortuus fuerat: Domine, jam fœtet quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. *Ioan. 11. v. 38. 39. 40. 41.*

**M E -**

## MEDITATIO LXIX.

*Lazarus a mortuis suscitatur.*

I. **I**esus autem, elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credant, quia tu me misisti. *Ioan. 11. v. 41. & 42.*

II. Hæc cùm dixisset, voce magnâ clamavit: Lazare, veni foras. Et statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Solvite eum, & linte abire. *Ioan. 11. v. 43. & 44.*

III. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. *Ioan. 11. vers. 45.*

## MEDITATIO LXX.

*De cœna apud Bethaniam.*

I. **I**esus ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi: *Ioan. 12. v. 1. & 2. in domo Simonis Le-profi.*

AB ANNO XXX. 63

prosi. Matth. 26. v. 6. Marc. 14. v. 3. Et  
Martha ministrabat, Lazarus verò unus e-  
rat ex discubentibus cum eo. Ioan. 12.

Vers. 2.

II. Et cùm esset Bethaniæ in domo Si-  
monis leprosi, & recumberet, venit mulier,  
Marc. 14. v. 3. Maria, & accepit libram un-  
guenti nardi pistici, pretiosi, & unxit pedes  
Iesu, & extersit pedes ejus capillis suis.  
Ioan. 12. v. 3.

III. Accessit ad eum mulier, Matth. 26.  
v. 7. habens alabastrum unguenti nardi spi-  
cati pretiosi: & fracto alabastro, effudit su-  
per caput ejus, Marc. 14. v. 3. recubantis.  
Matth. 26. v. 7. Et domus impleta est ex o-  
dore unguenti. Ioan. 12. v. 3.

## MEDITATIO LXXI.

*Indignantur discipuli, præcipue Iudas  
de effusione unguenti.*

I. Erant autem quidam (videntes disci-  
puli, Matth. 26. v. 8.) indignè ferentes  
intra se metipos, & dicentes: Ut quid per-  
ditio ista unguenti facta est? Marc. 14. v. 4.  
Potuit enim istud venumdari multo: Matth.  
26. v. 9. Poterat unguentum istud venum-  
dari plus quam trecentis denarijs, Marc. 14.

v. 5.

V. 5. & dari pauperibus. Matth. 26. Vers. 9.  
Marc. 14. V. 5. Et tremebant in eam. Marc.  
14. V. 5.

II. Dixit ergo unus ex discipulis ejus Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum non vænijt trecentis denarijs, & datum est egenis? Ioan. 12. V. 4. 5.

III. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: Sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Ioan. 12. V. 6.

## MEDITATIO LXXII.

*Excusat & defendit Christus  
Magdalenam.*

I. Sciens autem Iesus, ait illis: Matth. 26.  
V. 10. Sinite eam: Marc. 14. V. 6. Quid  
molesti estis huic mulieri? opus enim bonum  
operata est in me. Nam semper pauperes  
habetis vobiscum: Matth. 26. V. 11. & cum  
volueritis, potestis illis benefacere: Marc.  
14. Vers. 7. me autem non semper habetis.  
Matth. 26. V. 11. Marc. 14. V. 7. Ioan. 12.  
Vers. 8.

II. Sinite illam, ut in diem sepulturæ  
meæ servet illud. Ioan. 12. V. 7. Quod ha-  
buit hæc, fecit: præyenit ungere corpus  
meum in sepulturam. Marc. 14. V. 8. Mit-  
tens

AB ANNO XXX.

63

tens enim hæc unguentum hoc in corpus  
meum, ad sepeliendum me fecit. *Matth. 26.*

*Vers. 12.*

III. Amen dico vobis, ubicumque præ-  
dicatum fuerit hoc Evangelium in toto  
mundo, dicetur & quod hæc fecit, in me-  
moriā ejus. *Matth. 26. v. 13. Marc. 14.*

*Vers. 9.*

## MEDITATIO LXXIII.

*Christus asinam & pullum sibi adduci  
præcipit.*

I. ET factum est, cùm appropinquâsse  
Jesus ad Bethphage, & Bethaniā,  
ad montem qui vocatur Oliveti, misit duos  
discipulos suos, *Luc. 19. v. 29.* dicens eis:  
Ite in castellum, quod contra vos est: *Matth.*  
*21. v. 2.* & statim introēuntes illuc, *Marc.*  
*11. v. 2.* invenietis asinam alligatam, & pul-  
lum *Matth. 21. v. 2.* asinæ alligatum, *Luc.*  
*19. v. 30.* cum ea, *Matth. 21. v. 2.* cui nemo  
unquam hominum sedidit. *Luc. 19. v. 30.*  
Solvite, & adducite mihi. *Matth. 21. v. 2.*

II. Et si quis vobis aliquid dixerit: *Mat-*  
*thai 21. v. 3.* Si quis vobis dixerit? Quid fa-  
citis? *Marc. 11. v. 3.* Si quis vos interroga-  
verit; Quare solvitis? *Luc. 19. v. 31.* Dicite:

*Quia*

Quia Dominus his opus habet: & confessim  
dimitteret eos. *Matth. 21. v. 3.* Hoc autem to-  
tum factum est, ut adimpleretur, quod di-  
ctum est per Prophetam dicentem: Dicite  
filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi man-  
suetus, sedens super asinam, & pullum fili-  
um subjugalis. *Matth. 21. v. 4. Et 5.* Noli ti-  
mere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens  
super pullum asinæ. Hæc non cognove-  
runt discipuli ejus primum: sed quando glo-  
rificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia  
hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei.  
*Ioan. 12. v. 15. Et 16.*

III. Euntes autem discipuli, fecerunt,  
sicut præcepit illis Iesus. *Matth. 21. v. 6.*  
Abierunt, qui missi erant, & invenerunt, si-  
cuit dixit illis, stantem pullum. *Luc. 19. Vers.*  
*32.* Invenerunt pullum ligatum ante janu-  
am foris in bivio: & solvunt eum. *Marc. 11.*  
*v. 4.* Solventibus autem illis pullum, dixe-  
runt domini ejus ad illos: Quid solvitis pul-  
lum? At illi dixerunt; Quia Dominus eum  
necessarium habet. *Luc. 19. v. 33. Et 34.*  
Et dimiserunt eis. *Marc. 11. v. 6.* Et addu-  
xerunt asinam, & pullum, *Matth. 21. v. 7.*  
ad Iesum, *Marc. 11. v. 7.* *Luc. 19. v. 35.*

ME-

## MEDITATIO LXXIV.

*IESVS asinam concendit Apostolorum  
Vestibus instratam.*

I. **A**dduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. *Matth. 21. v. 7.* Duxerunt pullum ad IESUM: *Marc. 11. v. 7.* & jactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt IESUM. *Luc. 19. v. 35.* Et sedit super eum. *Marc. 11. v. 7.* *Ioan. 12. Vers. 14.*

II. Eunte autem illo, *Luc. 19. Vers. 36.* plurima turba straverunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos (frondes, *Marc. 11. v. 8.*) de arboribus, & sternebant in via. *Matth. 21. v. 8.* Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clambant, dicentes, Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis. *Matth. 21. v. 9.* Benedictum quod venit regnum patris nostri David: Hosanna in excelsis. *Marc. 11. v. 10.*

III. Turba autem multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clama-

68 ACTA CHRISTI

mabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israël. *Ioan.* 12. 6.  
12. 13.

MEDITATIO LXXV.

*De glorioſo ingressu Christi  
Hierosolymam.*

I. **C**Vm appropinquaret jam ad descendūm montis Oliveti, cōperunt omnes turbæ descendantium gaudentes laudare Deum voce magnā, super omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis. *Luc.* 19. Vers. 37. & 38.

II. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis. Propterea & obviam venit ei turba; quia audierunt eum fecisse hoc signum. *Ioan.* 12. 9. 17 & 18.

III. Et cùm intrâisset Ierosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. *Matth.* 21. V. 10. & 11.

MEDITATIO LXXVI.

*De invidis sermonibus Phariseorum.*

I. **P**harisei ergo dixerunt ad semetipſos:  
Vide-

**AB ANNO XXX.** 69

Videtis : quia nihil proficimus ? Ecce mun-  
dus totus post eum abiit. *Ioan. 12. v. 19.*

II. Et quidam Phariseorum de turbis,  
dixerunt ad illum : Magister , increpa disci-  
pulos tuos. *Luc. 19. v. 39.*

III. Quibus ipse ait : Dico vobis , quia  
si hi tacuerint , lapides clamabunt. *Luc. 19.*  
*v. 40.*

## MEDITATIO LXXVII.

*I E S V S* sicut super Ierusalem , eám-  
que prædicti evertendam.

I. **U**t appropinquavit Iesus Ierusalem ,  
videns civitatem , flevit super illam ,  
dicens : Quia si cognovisses & tu , & qui-  
dem in hac die tua , quæ ad pacem tibi , nunc  
autem abscondita sunt ab oculis tuis : cetera  
tacentur per Apostolosim , ut , fieres , pæniten-  
tiā ageres , &c. *Luc. 19. v. 41. & 42.*

II. Quia venient dies in te , & circum-  
dabunt te inimici tui vallo , & circumdabunt  
te , & coangustabunt te undique. *Luc. 19.*  
*v. 43.*

III. Et ad terram prosternent te , & fili-  
os tuos , qui in te sunt ; & non relinquunt in  
te lapidem super lapidem ; eò quod non  
cognoveris tempus visitationis tuæ. *Luc.*  
*19. v. 44.*

*Alia*

## 70 ACTA CHRISTI

*Alia prædictio Hierosolymæ evertenda.*

IV. Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti! Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodò, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.  
*Matth. 23. v. 37. 38. 39.*

V. Et egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei ædificationes templi. *Matth. 24. v. 1.* Ait illi unus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ, *Marc. 13. v. 1.*

VI. Ipse autem respondens dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur. *Matth. 24. v. 2. Marc. 13. v. 2.*

## MEDITATIO LXXVIII

*De ejectis alterâ vice venditoribus, & prædicatione Christi in templo.*

I. **I**esus ingressus templum (Dei, *Matth. 21. v. 12.*) cœpit eicere vendentes in illo, & ementes, *Luc. 19. v. 45.* & mensas num

- ssula-

musariorum, & cathedras videntium columbas evertit, *Matth. 21. v. 12.* & non sinebat, ut quisquam transferret vas per templum: & docebat, *Marc. 11. v. 16. & 17.* dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. *Luc. 19. Vers. 46.* *Matth. 21. v. 13.*

II. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo: & sanavit eos. *Matth. 21. v. 14.* Videntes autem principes sacerdotum & Scribæ, mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes; Hosanna filio David, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis, quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Utique. Nunquam legistis: Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? *Matth. 21. v. 15. & 16.*

III. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perdere: & non inveniebant, quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum. *Luc. 19. v. 47. & 48.* Timebant eum, quoniam universa turba admirabatur super doctrinam ejus. *Marc. 11. v. 18.*

IV. Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam: ibique mansit. *Matth.*

thei. 21. v. 17. Cùm jam vespera esset hora,  
exiit in Bethaniam cum duodecim. Mart.  
11. v. 11.

## MEDITATIO LXXIX.

*Ficulnea maledictione Christi  
exarescit.*

I. Anè autem revertens in Civitatem  
Mesurijt: Matth. 21. v. 18. cùmque  
vidisset à longè ficum ( arborem unam se-  
cus viam, Matth. 21. v. 19. ) habentem folia;  
venit, si quid forte inveniret in ea: & cùm  
venisset ad eam, nihil invenit præter folia;  
non enim erat tempus ficorum. Marc. 11. v.  
13. & ait illi: Nunquam ex te fructus na-  
scatur in sempiternum. Matth. 21. v. 19.  
Iam non amplius in æternum ex te fructum  
quisquam manducet. Et audiebant discipuli  
ejus. Marc. 11. v. 14.

II. Et arefacta est continuò ficulnea. Et  
videntes discipuli, mirati sunt, dicentes:  
Quomodo continuò aruit? Matth. 21. v.  
19. ¶ 20 Veniunt Hierosolymam, & cùm  
vespera facta esset, egrediebatur de civitate,  
Marc. 11. v. 15. ¶ 19. Et cùm manè transi-  
rent, viderunt ficum aridam factam à radi-  
bus. Marc. 11. v. 20.

III. Et

III. Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce sicus, cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis: Habete fidem Dei. *Marc. 11. v. 21. & 22.* Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, non solum de sicula facietis, sed & si monti huic dixeritis: Tolle, & jacta te in mare, fieri: *Matth. 21. v. 21.* quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, Fiat, fieri ei. Propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & evenient vobis. *Marc. 11. v. 23.*  
*& 24.*

## MEDITATIO LXXX.

*Oblatio pauperis vidua prefertur oblationibus divinum.*

I. **S**edens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat, quomodo turba jactaret æs in gazophylacium, & multi divites jactabant multa. *Marc. 12. v. 41.* Respiciens autem, vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, divites. *Luc. 21. v. 1.*

II. Cùm venisset autem vidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.

*Marc. 12. v. 42.* Vedit autem & viduam pauperculam, mittentem æra minuta duo.  
*Luc. 21. v. 2.*

III. Et convocans discipulos suos, ait illis: Amen (verè, *Luc. 21. v. 3.*) dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt (in munera Dei: *Luc. 21. v. 4.*) hæc verò de pecunia sua (ex eo, quod de est illi, *Luc. 21. v. 4.*) omnia, quæ habuit, misit, totum victimum suum. *Marc. 12. v. 43.*

¶ 44. Omnem victimum suum, quem habuit, misit. *Luc. 21.*

Vers. 4.



VITÆ

(75.)  
VITÆ  
**D. N. J E S U**  
**C H R I S T I**

Monotessaron Evangelicum.

*P A R S III.*

*De Miraculis patratis inter ægros &  
malè habentes: quam proinde Noso-  
comium D. N. Iesu Christi  
nominabimus.*

ADHORTATIO.

Multi IESUM sequuntur, usque ad fractionem  
panis: sed pauci usque ad bibendum cali-  
cem passionis. Multi miracula ejus vene-  
rantur, pauci ignominiam crucis sequun-  
tut. *Thomas à Kempis lib. 2. de Imitat.  
Christi, cap. 11. §. 1.*

*Cæci illuminati.*

MEDITATIO LXXXI.

*Christus duobus cæcis restituit  
Eisum.*

**I.** *T*ranseunte IESU, secuti sunt eum duo  
cæci, clamantes, & dicentes: Miserere

76. NOSOCOMIVM

nostri, filii David. Cum autem venisset dominum, accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus: Creditis, quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine. Matth. 9. v. 27. & 28.

II. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. Matth. 9. v. 29.

III. Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Iesus, dicens: Videte, ne quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in tota terra illa. Matth. 9. v. 30. & 31.

MEDITATIO LXXXII.

Cæcus & mutus à demonio liberatus,  
videt, ac loquitur.

Vide Meditationem CVII. de cæco & muto &c. fol. 96. & 97.

MEDITATIO LXXXIII.

Cæcus Bethsaïde curatur.

I. VEniunt Bethsaïdam: & adducunt eum cæcum, & rogabant eum, ut illuminangeret. Et apprehensâ manu cæci, eduxit eum extra vicum: & exspuens in oculos ejus,

D. N. IESV CHRISTI. 77

ejus; impositis manibus suis, interrogavit eum, si quid videret. *Marc. 8. v. 22. Et 23.*

II. Et aspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos ejus: & cœpit videre, & restitutus est, ita ut clarè videret omnia. *Marc. 8. v. 24. Et 25.*

III. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in vicum introieris, nemini dixeris. *Marc. 8. v. 26.*

MEDITATIO LXXXIV.

*Christus aperit oculos cæci nati.*

I. PRæteriens IESUS vidit hominem cæcum à nativitate: & interrogaverunt eum discipuli ejus: Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nascetur? Respondit IESUS: Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestentur opera Dei in illo. *Ioan. 9. v. 1. 2. 3.*

II. Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. *Ioan. 9. v. 4. Et 5.*

III. Hæc cum dixisset, exspuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linivit lутum super oculos ejus. Et dixit ei: Vade haya in natatoria Siloë, (quod interpretatur

78 NOSOCOMIVM

Missus.) Abiit ergo, & lavit, & venit videns.

Ioan. 9. v. 6. § 7.

## MEDITATIO LXXXV.

*Qui cæcus fuerat, miraculum nar-  
rat vicinis.*

I. **V**icini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nónne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic est. Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat: Quia ego sum. Ioan. 9. v. 8. § 9.

II. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit: & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloë, & lava. Et abij, lavi, & video. Ioan. 9. v. 10. § 11.

III. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat. Erat autem Sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos ejus. Ioan. 9. v. 12. 13. 14.

## MEDITATIO LXXXVI.

*Idem, qui cæcus fuit, examinatur à  
Pharisæis.*

I. **T**erum ergo interrogabant eum Phari-

sæis

D. N. IESV CHRISTI. 79

Yei, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & lavi, & video. *Ioan. 9. v. 15.*

II. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. *Ioan. 9. v. 16.*

III. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. *Ioan. 9. v. 17.*

MEDITATIO LXXXVII.

*Vocantur parentes ejus, qui cæcus natus fuit.*

I. **N**ON crediderunt Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat: & interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? *Ioan. 9. v. 18. & 19.*

II. Responderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate:

ætatem habet, ipse de se loquatur. *Ioan. 9.*  
*v. 20. & 21.*

III. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Iudæos: jam enim conspiraverant Iudæi, ut, si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. Propterea parentes ejus dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate. *Ioan. 9. v. 22. & 23.*

## MEDITATIO LXXXVIII.

*Rursus ad concilium vocatur ille à nativitate cæcus.*

I. **V**ocaverunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio. Vnum scio, quia cæcus cum essem, modò video. *Ioan. 9. v. 24. & 25.*

II. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis jam, & audistis: quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis discipuli ejus fieri? *Ioan. 9. v. 26. & 27.*

III. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis; nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus, unde sit. *Ioan. 9. v. 28. & 29.*

ME-

## MEDITATIO LXXXIX.

*Cacus ille tandem ejicitur è  
Synagoga.*

I. R espondit ille homo , & dixit eis: In hoc enim mirabile est , quia vos nescitis , unde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit : sed si quis Dei cultor est , & voluntatem ejus facit, hunc exaudit. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. *Ioan. 9. v. 30. 31. 32.*

II. Nisi esset hic à Deo , non poterat facere quidquam. *Ioan. 9. v. 33.*

III. Responderunt , & dixerunt ei : In peccatis natus es totus , & tu doces nos ? Et ejecerunt eum foras. *Ioan. 9. v. 34.*

## MEDITATIO XC.

*Cacus credit IESVM esse filium Dei ,  
eumque adorat.*

I. V dicit Jesus , quia ejecerunt eum foras ; & cùm invenisset eum , dixit ei : Tu credis in filium Dei ? Respondit ille , & dixit : Quis est , Domine , ut credam in eum ? *Ioan. 9. v. 35. 36.*

82 NOSOCOMIVM

II. Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, &  
qui loquitur tecum, ipse est. *Ioan. 9. v. 37.*

III. At ille ait: Credo Domine. Et pro-  
cidens adoravit eum. *Ioan. 9. v. 38.*

MEDITATIO XC I.

*Christus occasione hujus miraculi per-  
stringit Pharisaeorum cætitatem.*

I. **E**t dixit Iesus: In judicium ego in-  
hunc mundum veni: ut, qui non vi-  
dent, videant; &, qui vident, cæci fiant.  
*Ioan. 9. v. 39.*

II. Et audierunt quidam ex Pharisæis,  
qui cum ipso erant, & dixeruntei: Numquid  
& nos cæci sumus? *Ioan. 9. v. 40.*

III. Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non  
haberetis peccatum: nunc verò dicitis; Quia  
idemus. Peccatum vestrum manet. *Ioan.*  
*9. v. 41.*

MEDITATIO XC II.

*Caco mendico restituitur visus, ante-  
quam Christus ingredieretur in  
Iericho.*

I. **F**aetum est, cum appropinquaret Ieri-  
cho, cæcus quidam sedebat seclusus viam.  
mendicans. Et cum audiret turbam præter-  
eun-

D. N. IESV CHRISTI. 83

euntem, interrogabat, quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. *Luc. 18. v. 35. 36. 37.*

II. Et clamavit, dicens: Iesu fili David, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret. Ipse verò multò magis clamabat: Fili David, miserere mei. *Luc. 18. v. 38. & 39.*

III. Stans autem Iesus, jussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis, faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te salvum fecit. *Luc. 18. v. 40. 41. 42.*

IV. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo. *Luc. 18. v. 43.*

## MEDITATIO XCIII.

*Caco alteri mendico restituitur visus,  
postquam Christus egressus est ex  
Iericho.*

I. Proficitente Iesu de Iericho, & discipulis ejus, & plurimâ multitudine, filius Timaei Bartimaeus cæcus sedebat juxta viam mendicans. Qui cum audisset, quia Iesu Nazarenus est, cœpit clamare, & dicere: Iesu,

84      NO SO COMIV M

Iesu, fili David, miserere mei. *Marc. 10. 46.*

*Et 47.*

II. Et comminabantur ei multi, ut tacceret. At ille multò magis clamabat: Fili David, miserere mei. Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum dientes ei: Animæquior esto, surge, vocare. Qui, projecto vestimento suo, exiliens, venit ad eum. *Marc. 10. 48. 49. 50.*

III. Et respondens Iesus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, ut videam. Iesus autem ait illi: Vade, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via. *Marc. 10. 51. Et 52.*

ANNOTATIO I.

Videri potest hic cæcus, Bartimaeus Marci, idem esse ille, de quo Lucas superius, propter omnimodam facti similitudinem. Verum, quia Lucas suum miraculum scribit à Domino factum, antequam ingredetur Ierichuntem: Marcus vero suum scribit patratum, posteaquam egressus est Ierichunte, dicendum est cum S. Augustino lib. 2. de questionibus Evang. cap. 48. Et lib. 2. de consensu Evangelist. cum Cornel. Iansenio Concord. Evang. cap. 105. Seb. Barradio tomo 3. lib. 6. c. 17. Ioanne Roberti Quadrig. mystic.

D. N. IESV CHRISTI. 85

mystic. sect. 108. § 111. esse duo diversa  
miracula, quamquam inter se simillima.

### ANNOTATIO II.

Quod Marcus de uno cæco, Matthæus de duobus narrat. Cujus rei rationem D. Augustinus lib. 2. quæst. Evangelic. cap. 48. assignat. Marcus unum cecum commemorat, cuius & nomen dixit, & patrem; ut intelligamus eum fuisse notissimum, alterum ignotum: ut merito ille notus etiam solus decenter commemoraretur. Et rursus lib. 2. de consensu Evangelist. cap. 65. Procul dubio (ait) Bartimæus ex aliqua magna felicitate dejelatus, notissime, & famosissime miseria fuit; quod non solum cæcus, sed etiam mendicus sedebat. Hinc est ergo, quod ipsum solum voluit commemorare Marcus; cuius illuminatio tam claram famam huic miraculo comparuit, quam erat illius nota calamitas. Ecce tibi verò & alteram ex Matthæo narrationem de duobus cæcis illuminatis.

### MEDITATIO XCIV.

Christus Ierichunte digressus, duos cacos  
illuminat.

I. E Greditibus illis ab Iericho, secuta est  
Eum turba multa: & ecce duo cæcise-  
dentes secus viam, audierunt, quia Jesus  
trans-

86 NOSOCOMIVM

transiret, & clamaverunt, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Matth. 20, v. 29. Et 30.

II. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Et stetit Iesus, & vocavit eos, & ait: Quid vultis ut faciam vobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Matth. 20. Vers. 31. 32. 33.

III. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confessim viderunt, & fecuti sunt eum. Matth. 20. v. 34.

Claudi.

MEDITATIO XCV.

*Christus cacos & claudos curat in templo.*

I. Accesserunt ad Iesum cæci, & claudi in templo; & sanavit eos. Matth. 21, v. 14.

II. Videntes autem principes sacerdotum, & Scribæ, mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David: indignati sunt, & dixerunt ei: Audis, quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique. Nunquam legistis:

Quia

D. N. IESV C HRISTI. 87

Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Matth. 21. v. 15. Et 16.

III. Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniā; ibiq; mansit. Mat. 21. v. 17.

### Concurvata.

## MEDITATIO XCVI.

*Christus mulierem XVIII annis infirmam sabbato sanat.*

I. Erat Iesus docens in Synagoga sabbatis. Et ecce mulier, quae habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocavit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confessim erecta est, & glorificabat Deum. Luc. 13. v. 10. 11. 12. 13.

II. Respondens autem archisynagogus, indignans, quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die Sabbati. Respondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocritæ, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum, aut asinum à præsepio, & dicit ad aquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanás, ecce, decem & octo annis,

non

non oportuit solvi à vinculo isto die Sab-  
bati? *Luc. 13. v. 14. 15. 16.*

**I III.** Et cùm hæc diceret, erubescabant  
omnes adversarij ejus: & omnis populus  
gaudebat in universis, quæ gloriose siebant  
ab eo. *Luc. 13. v. 17.*

### Dæmoniaci.

## MEDITATIO XCVII.

### *Obsesus à dæmonie liberatur in Synagoga.*

**I**Escendit Iesus in Capharnaum civi-  
tatem Galilææ: *Luc. 4. v. 31.* & sta-  
tim Sabbatis ingressus in Synagogam, *Marc.*  
*1. v. 21.* ibiq; docebat illos Sabbatis. *Luc. 4.*  
*v. 31.* Et stupebant super doctrina ejus: erat  
enim docens eos, quasi potestatem habens,  
& non sicut Scribæ. *Marc. 1. v. 22.* In pote-  
state erat sermo ipsius. *Luc. 4. v. 32.*

**II.** Et erat in synagoga eorum homo in  
spiritu immundo. *Marc. 1. v. 23.* Habens  
dæmonium immundum: & exclamavit vo-  
ce magnâ, dicens: Sine, quid nobis, & tibi,  
Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio  
te, quis sis, Sanctus Dei. *Luc. 4. v. 33. E& 34.*  
*Marc. 1. v. 24.*

**I III.** Et commissarius est ei Iesus. *Mart.*

*s. v.*

D. N. IESV CHRISTI. 89

Sab.  
ebant  
pulus  
ebant  
  
II.  
  
civi-  
sta-  
Marc.  
c. 4.  
erat  
ens,  
ote-  
  
io in  
pens  
vo-  
ibi,  
Scio  
34.  
art.  
q.  
  
x. v. 25. Et increpavit illum, *Luc. 4. v. 35.*  
dicens: Obmutesce, & exi de homine. *Marc.*  
*1. v. 25. Luc. 4. v. 35.* Et discerpens eum,  
spiritus immundus, *Marc. 1. v. 26.* cum pro-  
jecisset illum dæmonium in medium, *Luc. 4.*  
*v. 35.* exclamans voce magnâ, exiit ab eo,  
*Marc. 1. v. 26.* nihilque illum nocuit. *Luc. 4.*  
*Vers. 35.*

IV. Et mirati sunt omnes, ita ut con-  
quirerent inter se dicentes: Quidnam est  
hoc? quænam doctrina hæc nova? *Marc. 1.*  
*v. 27.* Et factus est pavor in omnibus, &  
colloquebantur ad invicem, dicentes: Quod  
est hoc verbum, quia in potestate, & virtute  
imperat immundis spiritibus? *Luc. 4. v. 36.*  
& obediunt ei, *Marc. 1. v. 27.* & exeunt.  
*Luc. 4. v. 36.* Et processit rumor ejus sta-  
tim in omnem regionem Galilææ. *Marc. 1.*  
*v. 28.* Divulgabatur fama de illo in omnem  
locum regionis. *Luc. 4. v. 37.*

MEDITATIO XCVIII.

*Christus Capharnai multos demones  
ejectus.*

I. VEspere autem facto, cùm occidisset  
sol, *Marc. 1. v. 32.* obtulerunt ei mul-  
tos dæmonia habentes: & ejiciebat spiritus  
verbo, *Matth. 8. v. 16.*

II. Exi-

I I. Exibant autem dæmonia à multis, clamantia, & dicentia : Quia tu es filius Dei. *Luc. 4. v. 41.*

I II. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. *Lut. 4. v. 41.*

## MEDITATIO XCIX.

*Christus in regione Gerasenorum duos demoniacos curat.*

I. **C**Vm venisset Iesus trans fretum in regionem Gerasenorum, occurserunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sœvi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamaverunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Iesu fili Dei? venisti hic ante tempus torquere nos. *Matth. 8. v. 28. & 29.*

I I. Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum pascens. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejcisc nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. *Matth. 8. v. 30. & 31.*

I II. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos: & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt: & venientes in civitatē, nunciaverunt omnia,

&amp;

D. N. IESV CHRISTI. 92

& de eis, qui dæmonia habuerant. Matth. 8.  
v. 32. & 33.

IV. Et ecce tota civitas exiit obyiam  
Iesu: & viso eo, rogabant, ut transiret à fi-  
nibus eorum. Matth. 8. v. 34.

#### ANNOTATIVNCVLA.

S. Mattheus duos demoniacos occurrisse  
narrat: S. Marcus & S. Lucas, altero præ-  
termisso, unius tantum faciunt mentionem;  
Vel quod ille clarior & famosior esset, ut vult  
Augustinus lib. 2. de consensu Evangelist.  
cap. 24. Vel quod senior esset, ac duriori dæ-  
mone sexaretur, ut ait Chrysostomus. Quam  
ob rem, majoris claritatis causa, rursus ea-  
dem historia verbis duorum Evangelistarum  
Marci & Luca recensetur.

#### MEDITATIO C.

*Dira fors hominis à demonibus  
obfessi.*

I. **N**avigaverunt ad regionem Geraseno-  
rum, quæ est contra Galilæam: Luc.  
8. v. 26. & venerunt trans fretum maris in  
regionem Gerasenorum. Marc. 5. v. 1. Ex-  
eundi ei de navi, Marc. 5. v. 2. cùm egref-  
sus esset ad terram, Luc. 8. v. 27. statim oc-  
currit de monumentis homo in spiritu im-  
mundo. Marc. 5. v. 2. Occurrit illi vir qui-  
dam,

dam, qui habebat dæmoniū jam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.  
*Luc. 8. v. 27.*

II. Domicilium habebat in monumentis, & neque catenis jam quisquam poterat eum ligare. Quoniam sæpe compedibus, & catenis vincitus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare. *Marc. 5. v. 3. & 4.*

III. Et semper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans, & concidens se lapidibus. *Marc. 5. v. 5.*

## MEDITATIO CI.

*Dæmones ab homine Christus exesse  
jubet.*

I. **V**Idens autem IESUM à longè, cucurrit,  
*Marc. 5. v. 6.* procidit ante illum, *Luc. 8. v. 28.* & adoravit eum. *Marc. 5. v. 6.* Et exclamans voce magnâ, dixit : Quid mihi, & tibi est, IESU fili Dei Altissimi? *Luc. 8. v. 28.* *Marc. 5. v. 7.* Obsecro te, ne me torqueas. *Luc. 8. v. 28.* Adjuro te per Deum, ne me torqueas. *Marc. 5. v. 7.*

II. Dicebat enim illi : Exi spiritus im-  
mundus ab homine. *Marc. 5. v. 7.* Præcipie-  
bat

D. N. IESV CHRISTI. 92

bat enim spiritui immundo, ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur a dæmonio in deserta. *Luc. 8. v. 29.*

III. Interrogavit autem illum Iesus, dicens: *Quod tibi nomen est?* At ille dixit: Legio, *Luc. 8. v. 30.* mihi nomen est; quia multi sumus. *Marc. 5. v. 9.* Quia intraverant dæmonia multa in eum. *Luc. 8. v. 30.* Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. *Marc. 5. v. 10.* Et rogabant illum; ne imperaret illis, ut in abyssum irent. *Luc. 8. v. 31.*

## MEDITATIO CII.

*Dæmonibus ire concessum in porcos.*

I. Erat autem ibi circa montem gressus porcorum magnus pascens. Et deprecabantur eum spiritus, *Marc. 5. v. 11. § 12.* ut permitteret eis, in illos ingredi, *Luc. 8. v. 32.* dicentes: *Mitte nos in porcos, ut in eos introemamus.* Et concessit (permisit, *Luc. 8. v. 32.*) eis statim Iesus. *Marc. 5. v. 12. § 13.*

II. Exierunt ergo dæmonia (spiritus immundi, *Marc. 5. v. 13.*) ab homine, & in tra-

94 **NOSOCOMIVM**

traverunt in porcos : & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. *Luc. 8. v. 33.* Magno impetu grex præcipitus est in mare, ad duo millia, & suffocati sunt in mari. *Marc. 5. v. 13.*

III. Quod ut viderunt factum, qui pascabant, (eos, *Marc. 5. v. 14.*) fugerunt, & nunciaverunt in civitatem, & in villas, *Luc. 8. v. 34.* & in agros. Et egressi sunt videre, quid esset factum. *Marc. 5. v. 14.*

**MEDITATIO CIII.**

*Geraseni exeuunt ad Christum, & hominem curatum vident.*

I. Eixerunt autem videre quod factum est: & venerunt ad IESUM : & invenerunt hominem, (illum, qui à dæmonio vexabatur, *Marc. 5. v. 15.*) sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sanâ mente, ad pedes ejus, & timuerunt. *Luc. 8. v. 35.*

II. Et narraverunt illis, qui viderant, qualiter factum esset ei, qui dæmonium haberat, *Marc. 5. v. 16.* quomodo sanus factus esset à legione: *Luc. 8. v. 36.* & de porcis. *Marc. 5. v. 16.*

III. Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab

D. N. IESV CHRISTI. p<sup>s</sup>

ab ipsis, *Luc. 8. v. 37.* de finibus eorum :  
*Marc. 5. v. 17.* quia magno timore teneban-  
tur. *Luc. 8. v. 37.* Ipse autem ascendens na-  
vim, reversus est, *Luc. ibid.*

MEDITATIO CIV.

*Christus eum, qui curatus fuerat, sequi  
se solentem remittit ad suos  
domum.*

I. **C**umque ascenderet navim, cœpit il-  
lum deprecari, qui à dæmonio vexa-  
tus fuerat, *Marc. 5. v. 18.* vir, à quo dæmo-  
nia exierant, ut cum eo esset. *Luc. 8. v. 38.*  
Dimisit autem eum Iesus. *Luc. ibid.*

II. Non admisit eum, sed ait illi : Vade  
( redi, *Luc. 8. v. 39.* ) in domum tuam ad  
tuos, & annuncia illis, quanta tibi Dominus  
fecerit, & misertus sit tui. *Marc. 5. v. 19.*

III. Et abiit per universam civitatem,  
prædicans, quanta illi fecisset Iesus. *Luc. 8.  
v. 39.* Et abiit, & cœpit prædicare in Deca-  
poli, quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mi-  
rabantur. *Marc. 5. v. 20.*

MEDITATIO CV.

*Dæmonium mutum ejicitur.*

I. **E**cce obtulerunt ei hominem mutum,  
dæmo-

96 NOSOCOMIVM

dæmonium habentem... Matth. 9. v. 32.

II. Et ejesto dæmonio, locutus est mutus: & miratæ sunt turbæ, dicentes: Numquam apparuit sic in Israël. Matth. 9. v. 33.

III. Pharisei autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmones, Matth. 9. v. 34.

MEDITATIO CVI.

Damones Christum confitentur esse  
Deum.

I. **S**píritus immundi, cùm illum videbant, procidebant ei. Marc. 3. v. 11.

II. Et clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. Marc. 3. v. 11. & 12.

III. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum. Marc. 3. v. 12.

MEDITATIO CVII.

Cacus ac mutus, expulso dæmonie,  
videt, loquitur.

I. **O**blatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus: & curavit eum: Ita ut loqueretur, & videret. Matth. 12. v. 22. Erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutu. Et cùm ejecisset dæmonium, locutus est mutus. Luc. 11. q. 14.

II. Ec

D. N. IESV CHRISTI. 97

II. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius David? Matth. 12. v. 23.

III. Quidam autem ex eis, Luc. 11. v. 15. Pharisei audientes, Matth. 12. v. 24. & Scribæ, qui ab Ierosolymis descenderant, dicebant: Quoniam Beelzebub haberet, & quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Marc. 3. v. 22. Dixerunt: Hic non ejicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Matth. 12. v. 24. Luc. 11. v. 15.

## MEDITATIO CVIII.

*Christus calumnias Phariseorum &  
Scribarum confutat.*

I. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: Matth. 12. v. 25. Omne regnum in seipsum divisum (divisum contra se, Mat. 12. v. 25.) desolabitur. Luc. 11. v. 17. Non potest regnum illud stare. Marc. 3. v. 24. Et omnis civitas vel domus divisa contra se, non stabit. Matth. 12. v. 25. Et domus supra domum cadet. Luc. 11. v. 17. Non potest domus illa stare. Marc. 3. v. 25.

II. Si autem & Satanás in seipsum divisus est: Luc. 11. v. 18. & si Satanás Satanae ejicit, Matth. 12. v. 26. quomodo stabit

bit regnum ejus? quia dicitis in Beelzebub  
me eijcere dæmonia. *Luc. 11. v. 18.* Quo-  
modo potest Satanas Satanam eijcere? *Marc.  
3. v. 23.*

III. Et si ego in Beelzebub eijcio dæmo-  
nes, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi ju-  
dices vestri erunt. *Matth. 12. v. 27. Luc.  
11. v. 19.* Si autem ego in spiritu Dei (in  
digito Dei, *Luc. 11. v. 20.*) eijcio dæmo-  
nes, profectò venit in vos regnum Dei. *Mat-  
thai 12. v. 28. Luc. 11. v. 20.*

IV. Aut quomodo potest quisquam in-  
trare in domum fortis, & vasa ejus diripere,  
nisi priùs alligaverit fortē? & tunc domū  
illius diripiet. *Matth. 12. v. 29.* Cum fortis  
armatus custodit atrium suum, in pace sunt  
ea, quæ possidet. Si autem fortior eo super-  
veniens vicerit eum, universa arma ejus au-  
feret, in quibus confidebat, & spolia ejus di-  
stribuet. *Luc. 11. v. 21. v. 22.* Qui non est  
mecum, contra me est: & qui non colligit  
mecum, dispergit. *Luc. 11. v. 23. Matth.  
12. v. 30.*

## MEDITATIO CIX.

*Filia Chananae liberatur à dæmonio.*

I. **A** bijt Iesus in fines Tyri & Sidonis; &  
**A** ingfessus domum, neminem voluit  
scire,

D. N. IESV CHRISTI. 99

fcire, & non potuit latere. *Marc.* 7. v. 24. Ecce enim mulier Chananaea à finibus illis egressa, *Matth.* 15. v. 22. statim ut audivit de eo, cuius filia habebat spiritum immun-dum, intravit, & procidit ad pedes ejus. Erat enim mulier Gentilis, Syrophænissa genere. Et rogabat eum, ut dæmoniū ejaceret de filia ejus. *Marc.* 7. v. 25. & 26. Clamavit, dicens ei: Miserere mei Domine, fili David: filia mea male à dæmonio vexatur. *Matth.* 15. v. 22.

II. Qui non respondit ei verbum. Et ac-cedentes discipuli ejus, rogabant eum di- centes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non sum mis- sis, nisi ad oves, quæ perierunt, domus Israël. At illa venit, & adoravit eum, di- cens: Domine, adjuva me. *Matth.* 15. Vers. 23. 24. 25. Qui dixit illi: Sine prius sa- turari filios; non est enim bonum, sumere panem filiorum; & mittere cani- bus. *Marc.* 7. v. 27.

III. At illa respondit, & dixit illi: *Marc.* 7. v. 28. Etiam Domine; nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa do- minorum suorum. *Matth.* 15. v. 27. Et ca- telli comedunt sub mensa de micis puer- rum. *Marc.* 7. v. 28. Tunc respondens Ie-

100 NOSOCOMIVM

sus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis. *Matth. 15. v. 28.* Et ait illi: Propter hunc sermonem vade: exiit dæmonium à filia tua. *Marc. 7. v. 29.*

IV. Et sanata est filia ejus ex illa hora. *Matth. 15. v. 28.* Et cùm abiisset domum suam, invenit puellam jacentem supra lectum, & dæmonium exiisse. *Marc. 7. v. 30.*

MEDITATIO CX.

Dæmon, quem eijcere discipuli non potuerunt, pellitur à Christo. III

I. **A**ccepsit ad Iesum homo genibus pro voluntus ante eum, dicens: *Matth. 17. v. 14.* Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum: qui ubicumque eum apprehenderit, allidit illum, & spiritat, & stridet dentibus, & arescit. *Marc. 9. v. 16.* & *v. 17.* Ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum. *Luc. 9. v. 39.* Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur: nam sæpè cadit in ignem, & crebro in aquam. *Matth. 17. v. 14.* Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia unicus est mihi. *Luc. 9. v. 38.*

II. Ob-

D. N. IESV CHRISTI. 101

II. Obtuli eum discipulis tuis: *Matth.* 17. v. 15. & rogavi discipulos tuos, ut ejerce-  
rent illum, *Luc.* 9. v. 40. & non potuerunt  
curare eum. *Matth.* 17. v. 15. Respondens  
autem Iesus, ait: O generatio incredula,  
& perversa, quousque ( quamdiu ) ero vo-  
biscum? usquequo ( quamdiu ) patiar vos?  
*Matth.* 17. v. 16. *Marc.* 9. v. 18. *Luc.* 9. v. 41.  
Afferte huc illum ad me. *Matth.* 17. v. 16.  
*Marc.* 9. v. 18. Adduc huc filium tuum. *Luc.*  
9. v. 41.

III. Et cum accederet, elisit illum dæ-  
monium, & dissipavit. Et increpavit Iesus  
spiritum immundum, & sanavit puerum:  
& reddidit illum patri ejus. *Luc.* 9. v. 42. &  
43. Exiit ab eo dæmonium, & curatus est  
puer ex illa hora. *Matth.* 17. v. 17.

IV. Stupebant autem omnes in magni-  
tudine Dei: omnibusque mirantibus, in  
omnibus, quæ faciebat, dixit ad discipulos  
suos: Ponite vos in cordibus vestris sermo-  
nes istos: Filius enim hominis futurum est,  
ut tradatur in manus hominum. At illi igno-  
rabant verbum istud, & erat velatum ante  
eos, ut non sentirent illud: & timebant in-  
terrogare eum de hoc verbo. *Luc.* 9. Vers.  
44. & 45.

## MEDITATIO CXI.

*Accuratio ejusdem rei descriptio ex  
S. Marco.*

I. **D**ixit Iesus: Afferte illum ad me. Et attulerunt eum, & cum vidisset eum, statim spiritus conturbavit illum: & elisus in terram, volutabatur spumans. Et interrogavit patrem ejus; Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait; Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in aquas misit, ut eum perderet: sed si quid potes, adjuva nos, misertus nostri. *Marc. 9.  
v. 18, 19, 20. 21.*

II. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lacrymis ajebat: **Credo Domine** Adjuva incredulitatem meam. Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne intrœas in eum. *Marc. 9. v. 22. 23. 24.*

III. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum ejus, elevavit eum: & surrexit. *Marc. 9. Vers. 25.  
26.*

ME-

MEDITATIO CXII.

*Quam ob caussam discipuli non potuerint ejicere hoc dæmonium.*

I. **C**Vm IESUS introisset in domum, discipuli ejus secretò interrogabant eum: Quare nos non potuimus ejicere eum. *Marc. 9. v. 27.* Dixit illis IESUS: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis. *Matth. 17. v. 19.*

II. Hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem & jejunium. *Matth. 17. v. 20.* Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & jejunio. *Marc. 9. v. 28.*

III. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam; nec volebat quemquam scire. *Marc. 9. v. 29.* Conversantibus autem eis in Galilæa, dixit illis IESUS: Filius hominis tradendus est in manus hominum; & occidetur eum, & tertiâ die resurget. Et contristati sunt vehementer. *Matth. 17. v. 21. & 22.* Illi ignorabant verbum, & timebant interro- gare eum. *Marc. 9. v. 31.*

Febricitantes.

## M E D I T A T I O C X I I I .

*Reguli filius febricitans Christi verbo  
sanatur.*

I. **V**enit Iesus iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capernaum. Hic cum audisset, quia Iesus adveniret à Iudea in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet, & sanareret filium ejus : incipiebat enim mori. *Ioan. 4. v. 46. Et 47.*

II. Dixit ergo Iesus ad eum : Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus : Domine, descendere prius, quam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus : Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. *Ioan. 4. v. 48. 49. 50.*

III. Iam autem eo descendente, servi occurserunt ei, & nunciaverunt dicentes, quia filius ejus viveret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei : Quia heri horâ septimâ reliquit eum febris. *Ioan. 4. v. 51. Et 52.*

IV. Cognovit ergo pater, quia illa ho-

D. N. IESV CHRISTI. 105  
ra erat, in qua dixit ei Iesus; Filius tuus vi-  
vit. Et credidit ipse, & domus ejus tota.  
*Ioan. 4. v. 53.*

## MEDITATIO CXIV.

*Socrus Petri magnis febris  
liberatur.*

I. **S**Urgens Iesus de synagoga, introivit in  
domum Simonis *Luc. 4. v. 38.* Petri,  
*Matth. 8. v. 14.* & Andreæ, cum Iacobo &  
Ioanne. *Marc. 1. v. 29.*

II. Decumbebat autem socrus Simonis  
febricitans. *Marc. 1. v. 30.* Tenebatur ma-  
gnis febris. *Luc. 4. v. 38.* Et statim di-  
cuunt ei de illa: *Marc. 1. v. 30.* & rogaverunt  
illum pro ea. *Luc. 4. v. 38.* Et Iesus videt  
socrum ejus jacentem, & febricitantem. *Mat-  
thai 8. v. 14.*

III. Et stans super illam, imperavit fe-  
bri: *Luc. 4. v. 39.* & tetigit manum ejus.  
*Matth. 8. v. 15.* Accedens elevavit eam, ap-  
prehensâ manu ejus: & continuo dimisit  
eam febris. *Marc. 1. v. 31.* Et continuo sur-  
gens ministrabat illis. *Luc. 4. v. 39.*

E 5 M E

modili sup VI

100 NOSOCOMIVM

Hæmorrhous.

MEDITATIO CXV.

*Mulier sanguinis profluvio laborans  
sanatur.*

I. **C**ontigit, dum iret IESUS, à turbis com-primebatur. *Luc. 8. v. 42.* Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duo-decim annis, *Matth. 9. v. 20.* quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, *Luc. 8. v. 43.* & fuerat multa perpessa à compluribus medicis, nec quicquam profe-cerat, *Marc. 5. v. 26.* nec ab ullo potuit curari, *Luc. 8. v. 43.* sed magis deterius habebat: cùm audisset de IESU, venit in turba: *Marc. 5. v. 26.* *v. 27.* accessit retrò, & tetigit sim-briam vestimenti ejus. *Matth. 9. v. 20.* *Luc. 8. v. 44.* Dicebat enim intra se, si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero. *Matth. 9. v. 21.* *Marc. 5. v. 28.* Et confestim sicca-tus est fons sanguinis ejus. *Marc. 5. v. 29.* Confestim stetit fluxus sanguinis ejus: *Luc. 8. v. 44.* & sensit corpore, quia sanata esset à plaga. *Marc. 5. v. 29.*

II. Et statim IESUS in semetipso cogno-scens virtutem, quæ exierat de illo, conver-sus ad turbam, ajebat: *Quis tetigit vesti-menta*

menta mea? *Marc. 5. v. 30.* Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, *Luc. 8. v. 45.* discipuli sui: *Marc. 5. v. 31.* Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt. *Luc. 8. v. 45.* Vides turbam, comprimentem te, & dicis: *Quis me tetigit?* *Marc. 5. v. 31.* Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis; nam ego novi virtutem de me exiisse. *Luc. 8. v. 46.* Et circumspiciebat videre eam, quæ hoc fecerat. *Marc. 5. v. 32.*

III. Videns autem mulier, quia non latuit: *Luc. 8. v. 47.* timens & tremens, sciens quòd factum esset in se, venit & procidit ante eum. *Marc. 5. v. 33.* Procidit ante pedes ejus, *Luc. 8. v. 47.* & dixit ei oninem veritatem: *Marc. 5. v. 33.* & ob quam caussam tetigerit eum, indicavit coram omni populo: & quemadmodum confessim sanata sit. *Luc. 8. v. 47.* At Iesus conversus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te salvam fecit: *Matth. 9. v. 22.* vade in pace, *Marc. 5. v. 34.* *Luc. 8. v. 48.* & esto sana à plaga tua. *Marc. 5. v. 34.* Et salva facta est mulier ex illa hora. *Matth. 9. v. 22.*

*Hydropicus.*

**MEDITATIO CXVI.**

*Christus hydropicum Sabbato curat.*

I. Fa-

I. Factum est, cum intraret Iesus in dominum cuiusdam principis Pharisaeorum sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. *Luc. 14. v. 1. Et 2.*

II. Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos, & Phariseos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum, ac dimisit. *Luc. 14. v. 3. Et 4.*

III. Et respondens ad illos, dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad haec respondere illi. *Luc. 14. v. 5. Et 6.*

### Leprosi.

## MEDITATIO CXVII.

*Leprosus tactu sanatur à Christo.*

I. Cum descendisset Iesus de monte, sequæ sunt eum turbæ multæ. *Matth. 8. v. 1.* Et factum est, cum esset in una civitatem, *Luc. 5. v. 12.* venit ad eum leprosus, *Marc. 1. v. 40.* vir plenus leprâ, & videns Iesum, *Luc. 5. v. 12.* adorabat eum, *Matth. 8. v. 2.* genu flexo, *Marc. 1. v. 40.* & procedens in faciem, rogavit eum, dicens: Domine:

D. N. IESV CHRISTI. 109

ne, si vis, potes me mundare. *Luc. 5. v. 12.*

II. Iesus autem misertus ejus, extendit manum suam: & tangens eum, ait illi: Volo. Mundare. *Marc. 1. v. 41.* Et confessim munda est lepra ejus. *Matth. 8. v. 3.* Confessim lepra discessit ab illo. *Luc. 5. v. 13.* Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. *Marc. 1. v. 42.*

III. Et comminatus est ei, statimque ejecit illum, & dicit ei: Vide, nemini dixeris. *Marc. 1. v. 43.* ¶ 44. Ipse præcepit illi, ut nemini diceret, sed; Vade, ostende te sacerdoti, (principi sacerdotum, *Marc. 1. v. 44.*) & offer pro emundatione tua, (munus, quod præcepit, *Matth. 8. v. 4.* &) sicut præcepit Moyses, in testimonium illis. *Luc. 5. v. 14.*

IV. At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem. *Marc. 1. v. 45.* Perambulabat autem magis sermo de illo: *Luc. 5. v. 15.* ita ut jam non posset manifestè introire in civitatem, sed foris in desertis locis esset. Et conveniebant ad eum undique *Marc. 1. v. 45.* turbæ multæ, ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. *Luc. 3. v. 15.* ¶ 16.

ME-

## MEDITATIO CXVIII.

*Decem leprosi mundantur: unicus  
gratias agit.*

I. **E**T factum est, dum iret in Ierusalem, transibat per medium Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longè: & levaverunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. *Luc. 17. v. 11. 12. 13.*

II. Quos ut vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. *Luc. 17. v. 14. 15. 16.*

III. Respondens autem Iesus, dixit: Nónne decem mundati sunt, & novem ubi sunt? Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade; quia fides tua te salu fecit. *Luc. 17. v. 17. 18. 19.*

ME-

*Mancus.*

## MEDITATIO CXIX.

*Manco manum aridam Christus  
restituit.*

I. Factum est & in alio sabbato, ut intraret in synagogam, & doceret. *Luc. 6. v. 6.* Et ecce homo, manum habens aridam, *Matth. 12. v. 10.* erat ibi. *Marc. 3. v. 1.* Manus ejus dextra erat arida. Observabant autem Scribæ, & Pharisei, si in sabbato curaret: *Luc. 6. v. 6. & 7.* & interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? *Matth. 12. v. 10.* ut invenirent, unde accusarent eum. *Luc. 6. v. 7.*

II. Ipse verò sciebat cogitationes eorum: & ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens, stetit. Ait autem ad illos Iesus: Interrogo vos, si licet sabbatis benefacere, an male? animam salvam facere, an perdere? *Luc. 6. v. 8. & 9.* At illi tacebant. *Marc. 3. v. 4.* Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam: & si ceciderit hæc sabbatis in foveam, nonne tenebit & levabit eam? Quanto magis melior est homo ove? Itaque

que licet sabbatis benefacere. *Matth. 12.*  
*v. 11. & 12,*

III. Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. *Marc. 3.*  
*v. 5.* Et extendit: & restituta est manus ejus *Luc. 6.* *v. 10.* sanitati sicut altera. *Matth. 12.* *v. 13.*

IV. Ipsi autem repleri sunt insipientia, & colloquebantur ad invicem, quidnam facerent Iesu! *Luc. 6.* *v. 14.*

### Morbus.

## MEDITATIO CXX.

*Morbus per 38. annos sabbato curatur.*

I. Erat quidam homo ibi, (*ad Prohaticam Episcinam*) triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus jacentem, & cognovisset, quia jam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? *Ioan. 5.* *v. 5. & 6.*

II. Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut, cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei

Ie-

IESUS: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. *Ioan. 5. Vers. 7.*  
*8. 9.*

III. Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat, quis esset. IESUS enim declinavit à turba constituta in loco. *Ioan. 5. V. 10. 11. 12. 13.*

IV. Postea invenit eum IESUS in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nunciavit Iudeis, quia IESUS esset, qui fecit eum sanum. *Ioan. 5. 6. 14. 6. 15.*

## MEDITATIO CXXI.

*Christus factum istud à calumnijs Iudeorum defendit.*

I. Propterea persequebantur Iudei IESUM, quia haec faciebat in sabbato. IESUS autem

tem respondit eis: Pater meus usque modò operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum solvebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. *Ioan. 5. 16. 17. 18.*

II. Respondit itaque Iesus, & dixit eis: Amen, amen dico vobis, non potest Filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcumque, enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. *Ioan. 5. Vers. 19.*

III. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini. Sicut enim Pater suscitat mortuos, & vivificat: Sic & Filius, quos vult, vivificat. Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. *Ioan. 5. 20. 21. 22. 23.*

IV. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transiet à morte ad vitam. *Ioan. 5. 24.*

*Mortui resuscitati.*

## MEDITATIO CXXII.

*Iairus Christum deprecatur pro filia  
sua moribunda.*

I. Ecce venit vir, cui nomen Iairus, *Luc.*  
*8. v. 41.* de archisynagogis, *Marc.* 5.  
*v. 22.* & ipse princeps synagogæ erat. *Luc.*  
*8 v. 41.* Et videns Iesum, procidit ad pe-  
des ejus, *Marc.* 5. *v. 22.* & adorabat eum,  
*Mattb.* 9. *v. 18.* rogans, ut intraret in do-  
mum ejus: quia unica filia erat ei ferè anno-  
rum duodecim, & hæc moriebatur. *Luc.* 8.  
*v. 41. 42.*

II. Et deprecabatur eum multum, di-  
cens: Quoniam filia mea in extremis est:  
Veni, impone manus super eam: ut salva sit,  
& vivat. *Marc.* 5. *v. 23.* Domine, filia mea  
modò defuncta est: sed veni, impone ma-  
num tuam super eam, & vivet. *Mattb.* 9.  
*Vers. 18.*

III. Et surgens Iesus, sequebatur eum,  
& discipuli ejus. *Mattb.* 9. *v. 19.* Abiit cum  
illo, & sequebatur eum turba multa, & com-  
primebant eum. *Marc.* 5. *v. 24.*

ME-

## MEDITATIO CXXIII.

*Filia Iairi nunciatur mortua: Christus  
eam resuscitat.*

I. **V**enit quidam ad principem synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. *Luc. 8. Vers. 49.* *Marcus etiam plures venisse scribit.* Veniunt ad archisynagogum, dicentes: Quia filia tua mortua est: quid ultrà vexas magistrum? *Marc. 5. v. 35.* IESUS autem, audito verbo (hoc, *Luc.*) quod dicebatur, ait archisynagogos (patri puellæ: *Luc. 8. v. 50.*) Noli timere, tantummodo crede, *Marc. 5. v. 36.* & salva erit. *Luc. 8. v. 50.*

II. Cùm venisset IESUS in domum præcipis, *Matth. 9. v. 23.* non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem (fratrem Iacobi, *Marc. 5. v. 37.*) & patrem, & matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illam. *Luc. 8. v. 51. & 52.* Cùm vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, *Matth. 9. v. 23.* & flentes, & ejulantes multum, ingressus ait illis: Quid turbamini & ploratis? *Marc. 5. v. 38. & 39.* Nolite flere. *Euc. 8. v. 52.* Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. *Matth. 9. v.*

9. v. 24. Et deridebant eum, Matth. 9. vers.

24. Marc. 5. v. 40. scientes quod mortua  
esset. Luc. 8. v. 53.

III. Cùm ejecta esset turba, intravit.

Matth. 9. v. 25. Ipse verò, ejectis omnibus,  
assumit patrem & matrem puellæ, & qui  
secum erant, & ingrediuntur, ubi puella  
erat jacens. Et tenens manum puellæ, ait  
ille: Talitha cumi, quod est interpretatum,

Puella, tibi dico, surge. Marc. 5. vers. 40. ♂

¶ Et neversus est spiritus ejus, & surre-  
xit continuò, Luc. 8. v. 55. & ambulabat;  
erogauit enim ariorum duodecim: Marc. 5. v.  
41. & iussit illi dari manducare. Luc. 8. v. 55.

¶ Obstuperunt stupore magno (pa-  
rentes ejus, Luc. 8. v. 56.) & præcepit illis

vehementer, ut nemo id sciret: Marc. 5. v.

42. ♂ 43. ne alicui dicerent, quod factum  
erat, Luc. 8. v. 56. Et exiit fama hæc in uni-  
versam terram illam. Matth. 9. v. 26.

## MEDITATIO CXXIV.

*Filius unicus vidua mortuus suscitatur  
à Christo.*

I. **E**T factum est: Iesus ibat in civitatem,  
quæ vocatur Naim: & ibant cum eo  
discipuli ejus, & turba copiosa. Cùm autem  
appropinquaret portæ civitatis; ecce defun-  
ctus

118 NO SOC O MIVM

Etus efferebatur filius unicus matris suæ : & hæc vidua erat : & turba civitatis multa cum illa. *Luc. 7. v. 11. § 12.*

II. Quam cùm vidisset Dominus, misericordiâ motus super eam , dixit illi : Noli flere. Et accessit , & tetigit loculum. Hi autem, qui portabant, steterunt. Et ait ; Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit, qui erat mortuus, & coepit loqui. Et dedit illum matris suæ. *Luc. 7. Vers. 13. 14. 15.*

III. Accepit autem omnes timor : & magnificabant Deum, dicentes : Quia propheta magnus surrexit in nobis : & quia Deus visitavit plebem suam. Et exiit his sermo in universam Iudæam de eo, & in omnē circa regionem. *Luc. 7. v. 16. § 17.* Et nunciaverunt Ioanni discipuli ejus de omaribus his. *Luc. 7. v. 18.*

MEDITATIO CXXV.

*Lazarus ante quatriduum mortuus,  
vita restituitur.*

I. Erat quidam languens Lazarus à Bethania , de castello Mariæ , & Marthæ sororis ejus. *Ioan. 11. v. 1.* Miserunt ergo sorores ejus ad IESUM , dicentes : Domine , ecce quem amas , infirmatur. Audiens autem

D. N. IESV CHRISTI. 119

tem Iesus , dixit eis : Infirmitas hæc non est ad mortem , sed pro gloria Dei , ut glorificetur Filius Dei per eam. *Ioan. 11. v. 3.* ¶ 4. Mansit ergo in eodem loco duobus diebus. *Vers. 6.*

I I. Post hæc dixit Iesus discipulis suis : Lazarus amicus noster dormit : sed vado , ut à somno excitem eum. *Ioan. 11. v. 11.* Dixerat autem Iesus de morte ejus : illi autem putaverunt , quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè : Lazarus mortuus est. *Ioan. 11. v. 13.* ¶ 14.

III. Venit itaque Iesus : & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem , *Ioan. 11. v. 17.* & dixit : Vbi posuistis eum ? Dicunt ei : Domine , veni & vide. *Vers. 34.* Iesus ergo venit ad monumentum , & ait : Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror ejus : Domine , jam fœtet , quatriduanus est enim. *Vers. 38.* ¶ 39.

I V. Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem elevatis sursum oculis , voce magnâ clamavit : Lazare , veni fôras. Et statim prodijt , qui fuerat mortuus , ligatus pedes & manus institis , & facies illius sudario erat ligata. Dixit Iesus : Solvite eum , & finite abire . *Ioan. 11. v. 41, 43, 44.*

M E.

*Mutilatus.*

## MEDITATIO CXXVI.

*Christus Malcho abscissam aurem  
restituit.*

I. **V**identes hi, qui circa IESUM erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? *Luc. 22. v. 49.* Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis servum: & abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. *Ioann. 18. vers. 10.*

II. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? *Ioan. 18. v. 11.*

III. Respondens autem Iesus, ait: Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum. *Luc. 22. v. 52.*

## MEDITATIO CXXVII.

*Mutus, cacus, simulque à demone ob-  
sessus, linguam, oculos, quietem  
recipit.*

Vide inter Cæcos, Meditationē LXXXII.  
inter Damoniacos, Meditationem CVII.

M E -

*Mutus & surdus.*

## MEDITATIO CXXVIII.

*Mutus & surdus aures, ac linguam  
recipit.*

I. **I**esus exiens de finibus Tyri , venit per Sidonem ad mare Galilææ , inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum : & deprecabantur eum , ut imponat illi manum. *Marc. 7. v. 31. & 32.*

II. Et apprehendens eum de turba seorsum , misit digitos suos in auriculas ejus : & exspuens , tetigit linguam ejus. Et suspiciens in cælum , ingemuit , & ait illi : Ephphetha , quod est , Adaperire. Et statim apertæ sunt aures ejus , & solutum est vinculum linguae ejus , & loquebatur rectè. *Marc. 7. vers. 33. 34. 35.*

III. Et præcepit illis , ne cui dicerent . Quanto autem eis præcipiebat , tanto magis plus prædicabant : & eò amplius admirabantur , dicentes : Bene omnia fecit : & surdos fecit audire , & mutos loqui. *Marc. 7. v. 36. & 37.*

*Paralytici.***MEDITATIO CXXIX.**

*Christus paralytico sanando dimittit  
prius peccata.*

I. **I**esus iterum intravit Capharnaum ( civitatem suam, *Matth. 9. 6. 1.* ) post dies, & auditum est, quod in domo esset: & convenierunt multi, ita ut non caperet neque ad januam, & loquebatur eis verbum. *Marc. 2. 6. 1.* ¶ Factum est in una dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes, & Legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos. *Luc. 5. 6. 17.*

II. Et ecce offerebant ei paralyticum, jacente in lecto, *Matth. 9. 6. 2.* qui à quatuor portabatur: *Marc. 2. 6. 3.* & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non invenientes, quâ parte illum inferrent præ turba, *Luc. 5. 6. 18.* ¶ *6. 19.* cùm non possent offerre eum illi præ turba, *Marc. 2. 6. 4.* ascenderunt supra tectum: *Luc. 5. 6. 19.* nudaverunt tectum, ubi erat: & patefacientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus jace-

D. N. IESV CHRISTI. 123

jacebat. *Marc. 2. v. 4.* Per regulas submiserunt eum cum lecto in medium, ante Iesum.  
*Luc. 5. v. 19.*

III. Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: *Marc. 2. v. 5.* Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *Matth. 9. v. 2.* *Marc. 2. v. 5.* *Luc. 5. v. 20.* Et cooperunt cogitare Scribæ, & Pharisei, dicentes (intra se: Hic blasphemat. *Matth. 9. v. 3.*) Quis est hic, qui loquitur blasphemias? *Luc. 5. v. 21.* Erant illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? Blasphemat. *Marc. 2. v. 6.* *Ego* 7. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? *Marc. 2. v. 7.* *Luc. 5. v. 21.*

MEDITATIO CXXX.

*Christus, dimissis paralytico peccatis, eundem sanitati restituit.*

I. **U**T cognovit Iesus (spiritu suo, *Marc. 2. v. 8.*) cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: *Luc. 5. v. 22.* Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere paralytico: Dimituntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? *Matth. 9. v. 4.* *5.* *Marc. 2. v. 9.* *Luc. 5. v. 23.*

I I. Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico; Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. *Matthai 9. v. 6. Marc. 2. v. 10. Et 11. Luc. 5. v. 24.* Et confessim consurgens coram illis, tulit lectum, in quo jacebat: & abiit in domum suam, magnificans Deum. *Luc. 5. v. 25.*

I II. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. *Matth. 9. v. 8.* Surrexit ille, & sublato grabato abiit coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificant Deum, dicentes: *Quia nunquam sic vidimus. Marc. 2. v. 12.* Stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: *Quia vidimus mirabilia hodie. Luc. 5. v. 26.*

## MEDITATIO CXXXI.

*Servi paralytici herus mittit seniores Iudeorum ad Christum.*

I. **C**Vm IESUS implèisset omnia verba sua in aures plebis, intravit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam servus male habens, erat moriturus: qui illi erat pretiosus. *Luc. 7. v. 1. Et 2.*

II. Et

D. N. IESV CHRISTI. 725

I I. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudeorum, rogans eum, ut veniret, & salvaret servum ejus. *Luc. 7. v. 3.*

I I I. At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitè, dicentes ei : *Quia dignus est, ut hoc illi præstes.* Diligit enim gentem nostram : & synagogam ipse ædificavit nobis. Jesus autem ibat cum illis. *Luc. 7. v. 4. s. 6.*

MEDITATIO CXXXII.

*Idem herus centurio Christum per amicos adit, & alloquitur.*

I. **E**T cum iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine, noli vexari: Non enim sum dignus, ut sub tecum meum intres. *Luc. 7. v. 6.*

II. Propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. *Luc. 7. Vers. 7.*

III. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; & dico huic: Vade, & vadit; & alij: Veni, & venit; & servo meo: Fac hoc, & facit. *Luc. 7. v. 8. Matth. 8. v. 9.*

## MEDITATIO CXXXIII.

*Centurio denique Christum ipse adit, &  
seruos paralyticus verbo  
sanatur.*

I. **A**ccepsit ad eum centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. *Matth. 8. v. 5. 6. 7.*

II. Et respondens centurio, ait: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. *Matth. 8. v. 8.* Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alij: Veni, & venit; & servo meo: Fac hoc, & facit. *Matth. 8. v. 9. Luc. 7. v. 8.*

III. Audiens autem Iesus, miratus est: *Matth. 8. v. 10.* & conversus, sequentibus se turbis dixit: Amen dico vobis, non invenientiam fidem in Israël. *Luc. 7. v. 9. Matth. 8. v. 10.* Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum: filii autem regni ejuscentur in tenebras exteriores; ibi erit fletus & stridor dentium, *Matth. 8. v. 11. 12.*

IV. Et

D. N. IESV CHRISTI. 127

II.  
, &  
eum,  
jacet  
ir. Et  
eum,  
nine,  
a me-  
puer  
omo  
s sub  
it; &  
Fac  
s est:  
tibus  
iyeni  
th. 8.  
ib O-  
ibent  
egno  
ur in  
ridor  
, Et

IV. Et dixit Iesus centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. *Matth. 8. 5. 13.* Et reversi, qui missi fuerant, domum, invenerunt servum, qui languerat, sanum. *Luc. 7. 9. 10.*

*Surdus.*

MEDITATIO CXXXIV.

*Christus aperit aures surdo, & vinculum lingue solvit eidem.*

Vide inter Mutos, Meditationem.  
CXXIX.

*Turba variorum agrorum.*

MEDITATIO CXXXV.

*Christus prædicans & sanans, obicit totam Galilæam.*

I. Circumibat Iesus totam Galilæam, do-  
cens in synagogis eorum, & prædi-  
cans Evangelium regni: & sanans omnem  
languorem, & omnem infirmitatem in po-  
pulo. *Matth. 4. 5. 23.*

II. Et abiit opinio ejus in totam Syriam,  
& obtulerunt ei omnes malè habentes, va-  
rijs languoribus & tormentis comprehen-

128 NOSOCOMIVM  
fos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos;  
& paralyticos, & curavit eos. Matth. 4.  
Vers. 24.

III. Et secutæ sunt eum turbæ multæ  
de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis,  
& de Iudæa, & de trans Iordanem. Matth.  
4. v. 25.

*Alia ex cap. 9. Matthei.*

I. Circuibat IESUS omnes civitates, &  
castella, docens in synagogis eorum & præ-  
dicans Evangelium regni, & curans omnem  
languorem, & omnem infirmitatem. Matth.  
9. v. 35.

II. Videris autem turbas, misertus est  
eis: quia erant vexati, & jacentes, sicut oves  
non habentes pastorem. Matth. 9. v. 36.

III. Tunc dicit discipulis suis: Messis  
quidem multa, operarij autem pauci. Ro-  
gate ergo Dominum messis, ut mittat ope-  
rarios in messem suam. Matth. 9. Vers. 37.  
& 38.

## MEDITATIO CXXXVI

*Christus Capharnai multos infirmos  
curat.*

I. **C**Vm sol occidisset, omnes qui habe-  
bant infirmos varijs languoribus, du-  
cebant

D. N. IESV CHRISTI. 129

cebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. *Luc. 4. v. 40.*

II. Erat omnis civitas congregata ad januam. Et curavit multos, qui vexabantur varijs languoribus. *Marc. 1. v. 33. & 34.*

III. Omnes malè habentes curavit: ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portavit. *Matth. 8. v. 16. & 17.*

## MEDITATIO CXXXVII.

*Christus omne genus morborum sanat  
in loco campestri.*

I. **D**escendens Iesus ( de monte cum XII. Apostolis ) stetit in loco campestri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis, *Luc. 6. v. 17. & 18.*

II. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. *Luc. 6. v. 18.*

III. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat: & sanabat omnes. *Luc. 6. v. 19.*

F 5 M E-

## MEDITATIO CXXXVIII.

*Christus in regione Genezareth omnes  
malè habentes sanitati  
restituit.*

I. **C**VM transfretassent, venerunt in terram Genesar; *Matth. 14. v. 34.* in terram Genezareth, & applicuerunt: cùmque egressi essent de navi, continuò cognoverunt eum. *Marc. 6. v. 53. & 54.*

II. Et percurrentes ( viri loci illius, *Matthai 14. v. 35.* ) universam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui se malè habebant, circumferre, ubi audiebant eum esse: *Marc. 6. v. 55.* & obtulerunt ei omnes malè habentes. *Matth. 14. v. 35.*

III. Et quocumque introibat in vicos, vel in villas, aut civitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut vel simbriam vestimenti ejus tangerent. *Marc. 6. v. 56.* Et quicumque tetigerunt, salvi facti sunt. *Matth. 14. v. 36.*

*Alia ex S. Marco.*

I. IESUS cum discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa, & Iudea, secuta est eum, & ab Hierosolymis, & ab Iudæa, & trans Iordanem; & qui circa Tyrum

D. N. IESV CHRISTI. 131

rum & Sidonem , multitudo magna , au-  
dientes quæ faciebat , venerunt ad eum.  
*Marc. 3. v. 7. & 8.*

II. Et dixit discipulis suis , ut navicula-  
sibi deserviret propter turbam , ne compri-  
merent eum : multos enim sanabat , ita ut  
irruerent in eum , ut illum tangerent , quo-  
quot habebant plagas. *Marc. 3. v. 9. & 10.*

III. Et spiritus immundi , cùm illuni vi-  
debant , procidebant ei : & clamabant dicen-  
tes : Tu es Filius Dei. Et vehementer com-  
minabatur eis , ne manifestarent illum. *Marc.*  
*3. v. 11. & 12.*

## MEDITATIO CXXXIX.

*Christus plurimos agros sanat in  
monte.*

I. **V**enit Iesus secus mare Galilææ : &  
ascendens in montem , sedebat ibi.  
*Matth. 15. v. 29.*

II. Et accesserunt ad eum turbæ multæ ,  
habentes secum mutos , cæcos , cludos , de-  
biles , & alios multos : & projecerunt eos  
ad pedes ejus , & curavit eos. *Mat. 15. v. 30.*

III. Ita ut turbæ mirarentur , videntes  
mutos loquentes , cludos ambulantes , cæ-  
cos videntes : & magnificabant Deum Israël.  
*Matth. 15. v. 31.*

VITÆ

45 (132.) 50

VITÆ  
D. N. JESU  
CHRISTI

Monotessaron Evangelicum.

DE DOCTRINA CHRISTI.

*Præmeditatio.*

I. **I**esus venit Nazareth, ubi erat nutritus,  
& intravit secundum consuetudinem suam die Sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ.  
*Luc. 4. 6. 16. 17.*

II. Et ut revolvit librum, invenit locum, ubi scriptum erat : Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedet. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. *Luc. 4. 6. 17. 18. 19. 20.*

III. Cœpit autem dicens ad illos : Quia ho-

hodie impleta est hæc scriptura in auribus  
vestris. Et omnes testimonium illi dabant:  
& mirabantur in verbis gratiæ, quæ proce-  
debant de ore ipsius, & dicebant: Nónne  
hic est filius Ioseph? *Luc. 4. v. 21. & 22.*

P A R S IV.

*De doctrina Christi: ac primum de ea,  
quam per Parabolas tra-  
didit.*

ADHORTATIO.

Doctrina Christi, omnes doctrinas Sancto-  
rum præcellit: & qui spiritum haberet,  
absconditum ibi manna inveniret. *Tho-  
mas à Kempis lib. i. de Imitat. Christi,  
cap. i. §. 2.*

MEDITATIO CXL.

*Parabola I. Puerorum canentium, &  
Lamentantium.*

I. **C**Vi similem æstimabo generationem  
istam? (*hoc est, homines generationis  
hujus, ait Lucas*) Similis est pueris seden-  
tibus in foro, qui clamantes coæqualibus,  
dicunt: Cecinimus vobis tibijs, & non sal-  
tastis:

134 PARABOLÆ

tâstis; lamentavimus, & non planxistis.  
*Matth. 11. v. 16. & 17. Luc. 7. v. 31. 32.*

II. Venit enim Ioannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicunt: dæmonium habet. *Matth. 11. v. 18. Luc. 7. v. 33.*

III. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et justificata est sapientia ab omnibus filijs suis. *Matth. 11. v. 19. Luc. 7. Vers. 34. & 35.*

MEDITATIO CXLI.

*Parabola II. Seminantis semen, quod cecidit secus viam, supra petram, in spinas, in terram bonam.*

I. IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatae sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in naviculam ascendens federet in mari: & omnis turba stabat in littore: & loeatus est eis multa in parabolis, dicens illis in doctrina sua: Audit: Ecce exiit, qui seminat, seminare. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cæli, & comedierunt ea. *Matth. 13. v. 1. 2, 3. 4. Marc. 4. v. 1. 2. 3. 4.*

II. Alia

II. Alia autem ceciderunt in petrofa, ubi non habebant terram multam: & continuò exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto æstuaverunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. *Matthæi 13. v. 7. Marc. 4. v. 7.*

III. Alia autem ceciderunt in terrā bonā: & dabant fructū, aliud centesimū, aliud sexagesimū, aliud trigesimū. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. *Mat. 13. v. 8. & 9. Marc. 4. v. 8. & 9.* Hanc eandem parabolam refert *Lucas cap. 8. à v. 4. usque ad 16.*

## MEDITATIO CXLII.

*Cur Christus locutus sit in parabolis?*

I. **C**VM esset singularis, interrogaverunt eum hi, qui cum eo erant duodecim, parabolam, *Marc. 4. v. 10.* & accedentes dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum; illis autem, qui foris sunt, non est datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit; qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. *Matth. 13. Vers. 10. 11. 12. Marc. 4. Vers. 11.*

II. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt,

diunt, neque intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia Isaiae dicentis : Auditu audieris, & non intelligetis : & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audiunt, & oculos suos clauerunt : ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligent, & convertantur, & sanem eos, & dimittantur eis peccata. *Mattb. 13. v. 13. 14. 15. Marc. 4. v. 12.*

III. Vestri autem beati oculi, quia vident; & aures vestræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ & justi cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt; & audire, quæ auditis, & non audierunt. *Mattb. 13. v. 16. 17* Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? *Marc. 4. v. 13.*

## MEDITATIO CXLIII.

### *Expositio præcedentis Parabolæ.*

I. **V**os audite parabolam seminantis. Qui seminat, verbum seminat. Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit, quod seminatum est in corde ejus: hic est, qui secus viam seminatus est. *Mattb. 13. v. 18. Ego 19. Marc. 4. v. 15.*

II. Qui

D. N. IESV CHRISTI. 137

II. Qui autem super petrofa seminatus est, hic est, qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuo scandalizatur. *Matth. 13.*  
*v. 20. ℥ 21. Marc. 4. v. 16. ℥ 17.*

III. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & sollicitudo seculi istius, & fallacia divitiarum, & circa reliqua concupiscentiae introeuntes, suffocant verbum, & sine fructu efficitur. *Matth. 13.*  
*v. 22. Marc. 4. v. 18. ℥ 19.*

IV. Qui vero in terram bona seminatus est, hic est, qui audit verbū, & intelligit, & fructum adfert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesimum. *Matth. 13. v. 23. Marc. 4.*  
*v. 20. Quod in bonam terram cecidit, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *Luc. 8. v. 15.**

MEDITATIO CXLIV.

Parabola III. Tritici & Zizaniorum.

I. Aliam parabolam proposuit Iesus, dicens: Simile factum est regnum

cælo-

cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit Zizania in medio tritici, & abiit. Matthæi 13. v. 24. & 25.

II. Cùm autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & Zizania. Accedentes autem servi patris familias, dixerunt ei: Domine nónne bonum semen seminâsti in agro tuo? Vnde ergo habet Zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serviautem dixerunt ei: Vis, imus, & colligimus ea? Matth. 13. v. 26. 27. 28.

III. Et ait: Non, ne forte colligentes Zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primùm Zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum. Matth. 13. vers. 29. & 30.

## MEDITATIO CXLV.

*Expositio præcedentis parabola.*

I. Dominissimis turbis, venit Iesu in domum: & accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Edisse nobis parabolam zizaniorum

niorum agri. Qui respondens ait illis: Qui seminat bonum semen, est filius hominis.  
*Matth. 13. v. 36. Et 37.*

II. Ager autem est mundus. Bonum verò semen, hi sunt filii regni. Zizania autem, filii sunt nequam. Inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus. Messis verò, consummatio seculi est. Messores autem Angelii sunt. *Matth. 13. v. 38. 39.*

III. Sicut ergo colliguntur Zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mitteret filius hominis Angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittet eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. *Matth. 13. v. 40. 41. 42.*

IV. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. *Matth. 13. v. 43.*

## MEDITATIO CXLVI.

### *Parabola IV. Grani Sinapis.*

I. **A** Liam parabolam proposuit Iesus, dicens: Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo: *Matth. 13. v. 31.*

II. Quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creverit, ma-

jus

140 PARABOLÆ

jus est omnibus oleribus: & sit arbor, ita  
ut volucres cœli veniant, & habitent in ra-  
mis ejus. Matth. 13. v. 32.

MEDITATIO CXLVII.

Eadem Parabola referentibus Marco,  
& Luca.

I. **C**Vi assimilabimus regnum Dei? aut  
cui parabolæ comparabimus illud?  
Sicut granum sinapis, quod cum semina-  
tum fuerit in terra, minus est omnibus se-  
minibus, quæ sunt in terra: & cum semi-  
natum fuerit, ascendit, & sit majus omnibus  
oleribus, & facit ramos magnos, ita ut pos-  
sint sub umbra ejus aves cœli habitare. Marc.  
4. v. 30. 31. 32.

II. Cui simile est regnum Dei, & cui si-  
mili estimabo illud? Simile est grano sina-  
pis, quod acceptum homo misit in hortum  
suum, & crevit, & factum est in arborem  
magnum: & volucres cœli requieverunt in  
ramis ejus. Luc. 13. v. 18. & 19.

MEDITATIO CXLVIII.

Parabola V. Fermenti in tribus  
farina satis.

I. **A** Liam parabolam locutus est eis Jesus:  
Simile est regnum cœlorum fermento,  
quod

D. N. IESV CHRISTI. 147

quod acceptum mulier abscondit in farinæ  
fatis tribus, donec fermentatum est totum.

*Matth. 13. v. 33. Luc 13. v. 20. & 21.*

II. Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: ut impleretur, quod dictum erat per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. *Matth. 13. Vers. 34. & 35.*

III. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire: sine parabola autem non loquebatur eis. Seorsum autem discipulis suis differebat omnia. *Marc. 4. v. 33. & 34.*

## MEDITATIO CXLIX.

*Parabola VI. Thesauri absconditi  
in agro.*

I. **S**imile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa, quæ habet, & emit agrum illum. *Matth. 13. v. 44.*

## MEDITATIO CL.

*Parabola VII. Margaritæ pretiosæ.*

I. **T**erum simile est regnum cælorum homini

mini negotiatori , quærenti bonas margari-  
tas. Inventâ autem unâ pretiosâ margari-  
tâ, abiit , & vendidit omnia , quæ habuit , &  
emit eam. Matth. 13. v. 45. & 46.

## MEDITATIO CLI.

*Parabola VIII. Sagenæ missæ in  
mare.*

I. **T**erum simile est regnum cælorum sa-  
genæ missæ in mare , & ex omni genere  
piscium congreganti. Quam , cùm impleta  
esset, eduentes , & secus littus sedentes, ele-  
gerunt bonos in vasæ , malos autem foras  
miserunt. Matth. 13. v. 47. 48.

## MEDITATIO CLII.

*Expositio parabolæ precedentis,*

I. **S**ic erit in consummatione seculi : exi-  
bunt Angeli , & separabunt malos de  
medio justorum , & mittent eos in caminum  
ignis : ibi erit fletus , & stridor dentium.  
*Matth. 13. v. 49. 50.*

II. Intellexistis hæc omnia ? Dicunt ei :  
Etiam. Ait illis : Ideo omnis scriba doctus  
in regno cælorum , similis est homini patri-

D. N. IESV CHRISTI. 143

familias, qui profert de thesauro suo nova &  
vetera. Matth. 13. v. 51. § 52.

## MEDITATIO CLIII.

*Parabola IX. Servi, cui dominus omne  
debitum dimisit.*

I. Acedens Petrus ad IESUM, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies? Dicit illi IESUS: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei uetus, qui debebat ei decem millia talenta. Matth. 18. v. 21. 22. 23. § 24.

II. Cum autem non haberet, unde rediceret, jussit eum dominus ejus venumdari, & uxorem ejus, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Matth. 18. v. 25.

III. Procidens autem servus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Matth. 18. v. 26. § 27.

ME.

## MEDITATIO CLIV.

*Ingratitudo & immisericordia ser-  
vi illius.*

I. **E**gressus autem servus ille, invenit unū de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde, quod debes. *Matth. 18. Vers. 28.*

II. Et procidens conservus ejus, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. *Matth. 18. V. 29.*

III. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. *Matth. 18. V. 30.*

## MEDITATIO CLV.

*Sententia Domini in servum nequam.*

I. **V**identes autem conservi ejus, quæ fiebant, contristati sunt valdè: & venerunt, & narraverunt domino suo omnia, quæ facta fuerant. *Matth. 18. V. 31.*

II. Tunc vocavit illum dominus suus, & ait illi: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nōnne ergo oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus

D. N. IESV CHRISTI. 145

nus ejus, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum. *Matth.* 18. v. 32. 33. 34.

III. Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. *Matth.* 18. v. 35.

## MEDITATIO CLVI.

*Parabola X. boni pastoris, mercenarij, ovium.*

I. **A**men, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. *Ioan.* 10. v. 1. § 2.

II. Huic ostiarius aperit: & oves vocem ejus audiunt: & proprias oves vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. *Ioan.* 10. v. 3. § 4.

III. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum. Hoc proverbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognoverunt, quid loqueretur eis. *Ioan.* 10. v. 5. § 6.

G M E.

## MEDITATIO CLVII.

*Expositio, quis sit Ostium.*

I. **D**ixit ergo eis iterum IESUS: Amen, & men dico vobis, quia ego sum ostium ovium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oves. *Ioan. 10. 6. 7. & 8.*

II. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur: & ingredietur, & egreditur, & pascua inveniet. *Ioan. 10. 6. 9.*

III. Fur non venit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. *Ioan. 10. Vers. 10.*

## MEDITATIO CLVIII.

*Expositio, quis sit Pastor, quis Mercenarius.*

I. **E**go sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. *Ioan. 10. 6. 11.*

II. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit; & lupus rapit, & dispergit oves: Mercena-

D. N. IESV CHRISTI. 147

cenarius autem fugit, quia mercenarius est,  
& non pertinet ad eum de ovibus. *Ioan.* 10.  
6. 12. & 13.

III. Ego sum pastor bonus: & cognosco  
meas, & cognoscunt me meæ. Sicut novit  
me pater, & ego agnosco patrem: & ani-  
mam meam pono pro ovibus meis. *Ioan.*  
10. 6. 14. & 15.

IV. Et alias oves habeo, quæ non sunt  
ex hoc ovili: & illas oportet me adducere,  
& vocem meam audient; & fiet unum ovile,  
& unus pastor. *Ioan.* 10. 6. 16.

## MEDITATIO CLIX.

*Parabola XI. Samaritani, curantis  
eum, qui incidit in la-  
trones.*

I. **Q**uidam Legisperitus *Luc.* 10. 6. 25.  
volens justificare seipsum, dixit ad  
Iesum: Et quis est meus proximus? Suspi-  
ciens autem Iesus, dixit: Homo quidam  
descendebat ab Ierusalem in Iericho, & in-  
cidit in latrones, qui etiam despoliaverunt  
eum: & plagi impositis abierunt, semi-  
vivo relicto. Accidit autem, ut sacerdos qui-  
dam descenderet eâdem viâ, & viso illo præ-  
terivit. Similiter & Levita, cùm esset secus.

locum, & videret eum, pertransijt. *Luc. 10.*  
*v. 29. 30. 31. 32.*

**I I.** Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum : & videns eum, misericordiâ motus est. Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in jumentum suum, duxit in stabulum, & curam ejus egit. *Luc. 10.*  
*v. 33. ¶ 34.*

**I I I.** Et alterâ die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quocumque supererogaveris, ego cùm rediero, reddam tibi. *Luc. 10.* *v. 35.*

**I V.** Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum, Et ait illi IESUS: Vade, & tu fac similiter. *Luc. 10.* *v. 36. ¶ 37.*

### MEDITATIO CLX.

*Parabola XII. Amici noctu petentis ab amico tres panes.*

**I.** **A** It IESUS ad discipulos Iuos: Quis vestrûm habebit amicum, & ibit ad illum mediâ nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam ante illum; *Luc. 11.* *v. 5. ¶ 6.*

**II.** Et

II. Et ille de intus respondens, dicat: Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. *Luc. 11. v. 7.*

III. Et si ille perseveraverit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi Surgens, eò quod amicus ejus sit, propter improbitatem ramen ejus surget, & dabit illi quotquot haber necessarios. *Luc. 11. v. 8.*

## MEDITATIO CLXI.

### *Expositio præcedentis Parabolæ.*

I. **E**t ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: & pulsanti aperietur. *Luc. 11. v. 9. & 10. Matth. 7. v. 7. & 8.*

II. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut pisces: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ovum, numquid porriget illi scorpionem? *Luc. 11. v. 11. & 12. Matth. 7. v. 9. & 10.*

III. Si ergo vos, cùm sitis mali, nōstis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum.

¶ 50 PARABOLÆ

perentibus se? *Luc. 11. v. 13.* Quanto ma-  
gis pater vester, qui in cælis est, dabit bona  
perentibus se? *Matth. 7. v. 11.*

IV. Omnia ergo quæcumque vultis, ut  
faciant vobis homines, & vos facite illis.  
Hæc est enim lex, & Prophetæ. *Matth. 7.*  
*Vers. 12.*

## MEDITATIO CLXII.

*Parabola XIII. Divitis consolantis.*  
*& illâ adhuc nocte mortui.*

I. **D**ixit IESUS similitudinem, dicens: Ho-  
minis cuiusdam divitis uberes fru-  
ctus ager attulit: & cogitabat intra se, di-  
cens: Quid faciam, quia non habeo, quo  
congregem fructus meos? *Luc. 12. v. 16.*  
*& 17.*

II. Et dixit: Hoc faciam: Destruam hor-  
rea mea, & majora faciam: & illuc congre-  
gabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona  
mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes  
multa bona posita in annos plurimos: re-  
quiesce, comedere, bibe, epulare. *Luc. 12.*  
*v. 18. & 19.*

III. Dixit autem illi Deus: Stulte hac  
nocte animam tuam repetunt à te; quæ autē  
parâ-

**D. N. IESV CHRISTI.** 157

parasti, cuius erunt? Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives. *Luc. 12. v.  
20. & 21.*

## MEDITATIO CLXIII.

*Parabola XIV. Servi vigilantis nocte  
& dominum à nuptijs revertentem  
exspectantis.*

I. **D**ixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptijs: ut, cum venerit, & pulsaverit, confessim aperiant ei. *Luc. 12. Vers.  
35. & 36.*

II. Beati servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes: Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. *Luc. 12. v. 37. & 38.*

III. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, quâ horâ fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia quâ

G 4      horâ

horâ non putatis, filius hominis veniet. *Luc.*  
12. v. 39. & 40.

## MEDITATIO CLXIV.

*Parabola XV. Ficulnea infrugifera,  
qua jubetur excidi.*

I. **D**icebat Iesus & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit. *Luc. 13. v. 6.*

II. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? *Luc. 13. v. 7.*

III. At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora: & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. *Luc. 13. v. 8. & 9.*

## MEDITATIO CLXV.

*Parabola XVI. Angusta portæ, quæ intratur ad cælum.*

I. **A**it Iesu quidam: Domine, si pauci sunt, qui salvantur? Ipse autem dixit ad

D. N. IESV. CHRISTI. 153

ad illos : Contendite intrare per angustam portam ; quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Cum autem intraverit paterfamilias, & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes : Domine, aperi nobis : & respondens dicet vobis : Nescio vos, unde sitis : tunc incipietis dicere : Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. *Luc. 13. v. 23. 24. 25. 26.*

II. Et dicet vobis : Nescio vos, unde sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus, & stridor dentium : cum videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. *Luc. 13. v. 27. & 28.*

III. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro : & accubent in regno Dei. Et ecce sunt novissimi, qui erunt primi, & sunt primi, qui erunt novissimi. *Luc. 13. v. 29. & 30.*

## MEDITATIO CLXVI.

*Parabola XVII. De captando inter  
conviñas ultimo loco.*

I. **D**icebat Iesus ad invitatos parabolam, intendens, quomodo primos accubi-

G 5 tus

734 PARABOLÆ

rus eligerent, dicens ad illos: Cùm invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit invitatus ab illo: & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere. *Luc. 14. v. 7. 8. 9.*

II. Sed cùm vocatus fueris, vade recumbe in novissimo loco; ut, cùm venerit, qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus. *Luc. 14. v. 10.*

III. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *Luc. 14. v. 11.*

MEDITATIO CLXVII.

*Parabola XVIII. De computandis sumptibus ante fabricam turris,  
& ante bellum.*

I. **Q**uis ex vobis volens turrim ædificare, non priùs sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficendum: ne posteaquam posuerit fundatum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipient illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? *Luc. 14. v. 28. 29. 30.*

II. Aut

D. N. IESV CHRISTI. 155

I I. Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se: alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt.  
*Luc. 14. v. 31. & 32.*

III. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. *Luc. 14. v. 33.*

MEDITATIO CLXVIII.

Parabola XIX. *Ovis centesima perdita,*  
quam pastor requisivit.

I. Erant appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant Pharisei, & Scribæ dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. *Luc. 15. v. 1. & 2.* Venit enim filius hominis salvare quod perierat. *Matth. 18. v. 11.*

II. Et ait ad illos parabolam istam, dicens. *Luc. 15. v. 3.* Quid vobis videtur? *Matth. 18. v. 12.* Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: & si perdiderit unam (erraverit una, *Matth. 18. v. 12.*) ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, (in montibus, *Matth. 18. v. 12.*) & vadit ad il-

lam,

## 156 PARABOLÆ

lam, quæ perierat, (quærere eam, quæ er-  
ravit, *Matth. 18. v. 12.*) donec inveniat.  
eam? *Luc. 15. v. 4.*

III. Et si contigerit, ut inveniat eam,  
*Matth. 18. Vers. 13.* imponit in humeros  
suos gaudens: & veniens domum, convocat  
amicos & vicinos, dicens illis: Congratu-  
lamenti mihi, quia inveni ovem meam, quæ  
perierat. *Luc. 15. v. 5. & 6.* Amen dico vo-  
bis, quia gaudet super eam magis, quam su-  
per nonaginta novem, quæ non erraverunt.  
*Matth. 18. v. 13.*

IV. Dico vobis, quod ita gaudium erit  
in cælo super uno peccatore pænitentiam  
agente, quam super nonaginta novem justis,  
qui non indigent pœnitentiâ. *Luc. 15. v. 7.*  
Sic non est voluntas ante Patrem vestrum,  
qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis  
iustis. *Matth. 18. v. 14.*

## MEDITATIO CLXIX.

*Parabola XX. Mulieris quærentis  
drachmam perditam.*

I. **Q**uæ mulier habens drachmas decem,  
si perdidit drachmam unam, nonne  
accendit lucernam, & everrit domum, &  
quærit diligenter, donec inveniat? *Luc. 15.*  
*Vers. 8.*

II. Et

D. N. IESV CHRISTI. 157

II. Et cùm invenerit , convocat amicas & vicinas , dicens : Congratulamini mihi , quia inveni drachmam , quam perdideram .  
*Luc. 15. v. 9.*

III. Ita dico vobis , gaudium erit coram Angelis Dei , super uno peccatore pœnitentiam agente .  
*Luc. 15. v. 10.*

MEDITATIO CLXX.

*Parabola XXI. Filij prodigi.*

I. **H**omo quidam habuit duos filios : & dixit adolescentior ex illis patri : Pater , da mihi portionem substantiæ , quæ me contingit . Et divisit illis substantiam ,  
*Luc. 15. Vers. 11. & 12.*

II. Et non post multos dies , congregatis omnibus , adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam : & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose .  
*Luc. 15. v. 13.*

III. Et postquam omnia consummâsset , facta est famæ valida in regione illa , & ipse cœpit egere . Et abiit , & adhæsit uni civium regionis illius . Et misit illum in villam suam , ut pasceret porcos . Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis , quas porci man-

138 PARABOLE  
manducabant: & nemo illi dabat. *Luc. 15.*  
*Vers. 14. 15. 16.*

## MEDITATIO CLXXI.

*Miser in se revertitur , agit pœnitentiam , & à patre denuo recipitur.*

I. IN se autem reversus, dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cælum & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenarijs tuis. *Luc. 15. v. 17. 18. 19.*

II. Et surgens venit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè esset, vedit illum pater ipsius, & misericordiâ motus est, & accurrens eccecidit super collum ejus, & osculatus est eum. Dixitque ei filius: Pater, peccavi in cælum & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus. *Luc. 15. Vers. 20.*  
*Et 21.*

III. Dixit autem pater ad servos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus: & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus,

D. N. IESV CHRISTI. 159

mus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & revixit; perierat; & inventus est. Et cœperunt epulari. *Luc. 15.*  
*v. 22. 23. 24.*

## MEDITATIO CLXXII.

*Filiū natu mājorem indignē ferentem  
pater placat.*

I. **E**RAT autem filius ejus senior in agro, & cùm veniret & appropinquaret domui, audivit symphoniam & chorū: & vocavit unum de servis, & interrogavit, quid hæc essent. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. *Luc. 15. v. 25.*  
*26. 27.*

II. Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis servio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi, & nunquam dedisti mihi hoëdum, ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. *Luc. 15. v. 28. 29. 30.*

III. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari au-

autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus est. *Luc. 15. v. 31.* ♂ 32.

## MEDITATIO CLXXIII.

*Parabola XXII. Villici iniqui, facientis sibi amicos de mammona iniquitatis.*

I. Dicebat Iesus ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habevat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? rede rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare. *Luc. 16. v. 1.* ♂ 2.

II. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio, quid faciam, ut, cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. *Luc. 16. v. 3.* ♂ 4.

III. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede circa, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: centum coros tritici. Ait illi: Acci-

pe

D. N. IESV CHRISTI. 161  
pe litteras tuas, & scribe octoginta. *Luc.* 16.  
v. 5. 6. 7.

I V. Et laudavit Dominus villicum ini-  
quitatis, quia prudenter fecisset: quia filii  
hujus seculi, prudentiores filii lucis in ge-  
neratione sua sunt. Et ego vobis dico, fa-  
cite vobis amicos de mammona iniquitatis:  
ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna  
tabernacula. *Luc.* 16. v. 8. § 9.

## MEDITATIO CLXXIV.

*Parabola XXIII. Divitis epulonis, &  
Lazari mendici.*

I. **H**omo quidam erat dives, & induieba-  
tur purpurâ & bysso: & epulabatur  
quotidie splendide. *Luc.* 16. v. 19.

II. Er erat quidam mendicus nomine  
Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceri-  
bus plenus: cupiens saturari de micis, quæ  
cadebant de mensa divitis, & nemo illi da-  
bat: sed & canes veniebant & lingebant ul-  
cera ejus. *Luc.* 16. v. 20. § 21.

III. Factum est autem, ut moreretur  
mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum  
Abrahæ. Mortuus est autem & dives: & se-  
pultus est in inferno. *Luc.* 16. v. 22.

M E-

## MEDITATIO CLXXV.

*Divitis tormenta, & Lazari  
solatia.*

I. **E**levans autem oculos suos, cùm esset  
in tormentis, vedit Abraham à longè,  
& Lazarum in sinu ejus. Et ipse clamans  
dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mit-  
te Lazarum, ut intingat extremum digiti  
sui in aquam, & refrigeret linguam meam,  
quia crucior in hac flamma. *Luc. 16. §. 23.*  
*& 24.*

II. Et dixit illi Abraham: Fili, recor-  
dere, quia recepisti bona in vita tua, & La-  
zarus similiter mala: nunc autem hic con-  
solatur, tu verò cruciaris. *Luc. 16. §. 25.*

III. Et in his omnibus, inter nos & vos  
chaos magnum firmatum est: ut hi, qui vo-  
lunt hinc transire ad vos, non possint, neque  
inde huc transire. *Luc. 16. §. 26.*

## MEDITATIO CXXLVI.

*Divitis cura in inferno de fratribus  
suis vivis.*

I. **E**t ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas  
eum in domum patris mei: habeo e-  
niam

nam quinque fratres: ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.  
*Luc. 16. v. 27. & 28.*

II. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. *Luc. 16. v. 29. 30.*

III. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. *Luc. 16. v. 31.*

## MEDITATIO CLXXVII.

*Parabola XXIV. Iniqui judicis & vidua.*

I. Dicebat Iesus & parabolam ad illos. quoniam oportet semper orare, & non desicere, dicens: Iudex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur. *Luc. 18. Vers. 1. & 2.*

II. Vidua autem quædam erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adversario meo. Et nolebat per multum tempus. *Luc. 18. v. 3. & 4.*

III. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor,

tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo veniens fugillet me. *Luc. 18. v. 4. & 5.*

## MEDITATIO CLXXVIII.

*Expositio præcedentis parabole.*

I. **A** It autem Dominus : Audite, quid judex iniquitatis dicit : Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? *Luc. 18. v. 6. & 7.*

II. Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra? *Luc. 18. v. 8.*

## MEDITATIO CLXXIX.

*Parabola XXV. Pharisei & Publicani.*

I. **D** Ixit Iesus & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam justi, & aspernabantur ceteros, parabolam istam : Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: unus Phariseus, & alter publicanus. *Luc. 18. v. 9. & 10.*

II. Phariseus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum, sicut

ce-

D. N. IESV CHRISTI. 165

ceteri hominum: raptores, injusti, adulteri: velut etiam hic publicanus. Iejuno bis in sabbato: decimas do omnium, quæ possidente. *Luc. 18. v. 11. & 12.*

III. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. *Luc. 18. v. 13.*

IV. Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *Luc. 18. v. 14.*

## MEDITATIO CLXXX.

*Parabola XXVI. De operarijs in  
vineam conductis.*

I. **D**ixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem factâ cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. *Matth. 20. v. 1. & 2.*

II. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam; & quod justum fuit.

fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt.  
Matth. 20. v. 3. 4. 5.

III. Iterum autem exiit circa sextam,  
& nonam horam: & fecit similiter. Circa  
undecimam verò exiit, & invenit alios stan-  
tes, & dicit illis: Quid hic statis totà die oti-  
osi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit.  
Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Mat-  
thai 20. v. 5. 6. 7.

## MEDITATIO CLXXXI.

*Denarius idem singulis datus.*

I. **C**Vm serò autem factum esset, dicit do-  
minus vineæ procuratori suo: Voca  
operarios, & redde illis mercedem, incipi-  
ens à novissimis usque ad primos. Matth.  
20. v. 8.

II. Cùm venissent ergo, qui circa unde-  
cimam horam venerant, acceperunt singu-  
los denarios. Matth. 20. v. 9.

III. Venientes autem & primi, arbi-  
trati sunt, quòd plus essent accepturi: ac-  
ceperunt autem & ipsi singulos denarios.  
Matth. 20. v. 10.

## MEDITATIO CLXXXII.

*Murmuratio adversus patrem-  
familias.*

I. Et

D. N. IESV CHRISTI. 167

I. **E**t accipientes murmurabant adversus patrem familias, dicentes: Hi novissimi unâ horâ fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei & æstus.  
*Matth. 20. v. 11. & 12.*

II. At ille respondens, uni eorum dixit: Amice, non facio tibi injuriam: nónne ex denario convenisti mecum? Tolle, quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? *Matth. 20. v. 13. 14. 15.*

III. Sic erunt novissimi, primi: & primi, novissimi: multi enim sunt vocati, pauci vero electi. *Matth. 20. v. 16.*

## MEDITATIO CLXXXIII.

*Parabola XXVII. De decem minis in servos ad negotiandum distributis.*

I. **D**ixit Iesus: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini, dum venio. *Luc. 19. v. 14. & 15.*

II. Cives autem ejus oderant eum: & misse-

miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est, ut rediret, accepto regno: & jussit vocari servos, quibus dedit pecuniam: ut sciret, quantum quisque negotiatus esset. *Luc. 19. v. 14. § 15.*

III. Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisivit. Et ait illi: Euge bone serve, quia in modico fui sti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates. *Luc. 19. v. 16. § 17.*

IV. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Tu esto super quinque civitates. *Luc. 19. v. 18. § 19.*

## MEDITATIO CLXXXIV.

*Servus nequam ex ore suo iudicatur.*

I. **E**t alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis, quod non posuisti: & metis, quod non seminasti. *Luc. 19. v. 20. § 21.*

II. Dicit ei: De ore tuo te judico, serve nequam: sciebas, quod ego homo austerus sum; tollens, quod non posui; & metens, quod non seminavi: & quare non dedisti pecuni-

cuniam meam ad mensam , & ego veniens  
cum usuris utique exegisse illam ? *Luc. 19.*  
*V. 22. E& 23.*

III. Er adstantibus dixit : Auferte ab illo  
mnam , & date illi , qui decem mnas habet .  
Et dixerunt ei : Domine, haber decem mnas,  
*Luc. 19. V. 24. E& 25.*

IV. Dico autem vobis , quia omni ha-  
benti dabitur , & abundabit : ab eo autem  
qui non habet , & quod habet , auferetur ab  
eo. *Luc. 19. Vers. 26.*

## MEDITATIO CLXXXV.

*Parabola XXVIII. Duorum filiorum ,  
unius pœnitentis & patri obedientis , alte-  
rius fingentis se obedire.*

I. **H**omo quidam habebat duos filios , &  
accedens ad primum , dixit : Fili , vade  
hodie , operare in vinea mea. Ille autem , re-  
spondens , ait : Nolo. Postea autem pœni-  
tentia motus , abiit. *Matth. 21. V. 28. E& 29.*

II. Accedens autem ad alterum , dixit  
similiter. At ille respondens , ait : Eo , domi-  
ne. Et non ivit. *Quis ex duobus fecit vo-  
luntatem patris ? Dicunt ei : Primus. Mat-  
thæi 21. V. 30. 31.*

III. Dicit illis Iesus : Amen dico vobis  
quia publicani , & meretrices præcedent vos.

H. in.

in regnum Dei. Venit enim ad vos Iohannes in via justitiae, & non credidistis ei : publicani autem, & meretrices crediderunt ei : vos autem videntes nec poenitentiam habuistis postea, ut crederetis ei. *Matth. 21. v. 31. & 32.*

## MEDITATIO CLXXXVI.

*Parabola XXIX. Locatæ vineæ, cuius conductores occiderunt heri servos & filium.*

I. **A** Liam parabolam audite. *Matth. 21. v. 33.* Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. *Luc. 20. v. 9.* Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & semper circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus est. *Matth. 21. v. 33. Marc. 12. v. 1.* Et ipse peregre fuit multis temporibus. *Luc. 20. v. 9.*

II. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, *Matth. 21. v. 34.* misit ad agricolas servum, ut ab agricolis acciperet de fructu vineæ. *Marc. 12. v. 2.* Ut de fructu vineæ darent illi. *Luc. 20. v. 10.* Qui apprehensum eum ceciderunt. *Marc. 12. v. 3.* Qui cæsum dimiserunt eum inanem : *Luc. 20. v. 10.* vacuum. *Marc. 12. v. 3.*

III. Et

D. N. IESV CHRISTI. 171

III. Et iterum misit ad illos alium ser-  
vum. *Marc.* 12. v. 4. Addidit alterum ser-  
vum mittere: *Luc.* 20. v. 11. & illum in-  
capite vulneraverunt, & contumelijs affe-  
cerunt; *Marc.* 12. v. 4. & dimiserunt inanem.  
*Luc.* 20. v. 11.

IV. Et rursum alium misit. *Marc.* 12. v.  
5. Addidit tertium mittere: qui & illum  
vulnerantes ejecerunt. *Luc.* 20. v. 12. Et il-  
lum occiderunt: & plures alios: quosdam  
caedentes, alios verò occidentes. *Marc.* 12.  
v. 5. Agricolæ, apprehensis servis ejus, ali-  
um ceciderunt, alium occiderunt, alium ve-  
rò lapidaverunt. Iterum misit alios servos  
plures prioribus: & fecerunt illis similiter.  
*Matth.* 21. v. 35. & 36.

MEDITATIO CLXXXVII.

Vnici filij trucidatio.

I. **A** Dhuc ergo unum habens filium cha-  
rissimum, *Marc.* 12. v. 6. dixit do-  
minus vineæ: Quid faciam? mittam filium  
meum dilectum: forsitan, cùm hunc vide-  
rint, verebuntur. *Luc.* 20. v. 13. Et illum  
misit ad eos novissimum, dicens: Quia re-  
verebuntur filium meum. *Marc.* 12. v. 6.

II. Agricolæ autem videntes filium

H. 2

*Matth.*

## 172. PARABOLÆ

*Matth. 21. v. 38.* cogitaverunt intra se :  
*Luc. 20. v. 14.* dixerunt intra se, *Matth. 21.*  
*v. 38.* dixerunt ad invicem, *Marc. 12. v. 7.*  
 Hic est heres : venite, occidamus eum,  
*Matth. 21. v. 38.* *Marc. 12. v. 7.* *Luc. 20.*  
*v. 14.* ut nostra fiat hereditas, *Luc. 20. v. 14.*  
 Et nostra erit hereditas. *Marc. 12. v. 7.* Et  
 habebimus hereditatem ejus. *Matth. 21.*  
*Vers. 38.*

III. Et apprehensum eum, ejecerunt  
 extra vineam : *Matth. 21. v. 39.* & ejectum  
 illum extra vineam, occiderunt. *Luc. 20.*  
*Vers. 15.* Cùm ergo venerit dominus vineæ,  
 quid facier agricolis illis? Ajunt illi : Malos  
 male perdet ; & vineam suam locabit alijs  
 agricolis, qui reddant ei fructum temporibus  
 suis. *Matth. 21. v. 40.* & *41.* Veniet, & per-  
 det colonos istos, & dabit vineam alijs. *Luc.*  
*20. v. 16.* *Marc. 12. v. 9.* Quo audito, dixe-  
 runt illi : Absit. *Luc. 20. v. 16.*

## MEDITATIO CLXXXVIII.

## Applicatio præcedentis Parabolæ.

I. Ille autem aspiciens eos, ait : Quid est  
 Iergo hoc, quod scriptum est ? *Luc. 20.*  
*v. 17.* Nunquam legistis in Scripturis ? La-  
 pidem quem reprobayerunt ædificantes,  
 hic factus est in caput anguli. A Domino  
 factum.

D. N. IESV CHRISTI. 173

factum est istud : & est mirabile in oculis nostris ? Matth. 21. v. 42. Marc. 12. v. 10. 11. Luc. 20. v. 17.

II. Ideo dico vobis , quia auferetur à vobis regnum Dei , & dabitur genti facienti fructus ejus. Matth. 21. v. 43. Omnis , qui ceciderit super illum lapidem , conquassabitur : super quem autem ceciderit , comminuet illum. Luc. 20. v. 18. Matth. 21. v. 44.

III. Et cum audissent principes sacerdotum & Pharisei parabolas ejus , cognoverunt , quod de ipsis diceret. Matth. 21. v. 45. Et quærebant eum tenere : & timuerunt turbam. Marc. 12. v. 12. Quærebant principes sacerdotum , & Scribæ , mittere in illum manus illâ horâ : & timuerunt populum : Luc. 20. v. 19. quoniam sicut prophetam eum habebant. Matth. 21. v. 46. Et relieto eo abierunt. Marc. 12. v. 12.

## MEDITATIO CLXXXIX.

Parabola XXX. De invitatis ad nuptias filij à Rege.

I. Simile factum est regnum cælorum homini regi , qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias , & nolebant venire. Matth. 22. Vers. 2. & 3.

II. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi: tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: & abierunt, alias in villam suam: alias verò ad negotiationem suam. Reliqui verò tenuerunt servos ejus, & contumelijs affectos occiderunt. *Matth. 22. Vers. 4. 5. 6.*

III. Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succedit. *Matth. 22. V. 7.*

## MEDITATIO CXC.

*Invitantur obvij quique ad nuptias:  
discumbens sine veste nuptiali,  
ejectur.*

I. **T**unc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt; sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias. *Matth. 22. V. 8. & 9.*

II. Et egressi servi ejus in vias, congregarunt omnes, quos invenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discubentium. *Matth. 22. V. 10.*

III. Intravit autem rex, ut videret di-

scum-

scumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Matth. 22. 9.  
11. & 12.

IV. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Matth. 22. 9. 13. & 14.

*Annotatio pro Parabola se-  
quente.*

Existimat Ioannes Maldonatus noster, Parabolam sequentem S. Lucae c. 14. à §. 16. esse eandem cum precedente S. Matthaei, quæ in ea non servaverit ordinem historiæ. Verius tamen S. Augustinus lib. 2. de consensu Evangelist. cap. 71. S. Gregorius hom. 38. in Evang. S. Thomas, Iansenius, Cornelius à Lapide, & alij censem, aliam esse præcedentem Matthæi parabolam à sequente Dixi Luce: Vel certè si sit eadem, earn bis aliterque repetitam esse; conferenti enim utramque plura occurrunt in ijs diversa. Propter non nullam tamen similitudinem, priori nunc subiiciemus.

## MEDITATIO CXCI.

*Parabola XXXI. De invitatis ad cœnam magnam. X. MEDITATIONES.*

I. **H**omo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Et misit servum suum horâ cœnæ dicere invitatis, ut venirent, quia jam parata sunt omnia. *Luc. 14. v. 16. & 17.*

II. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: Rogo te, habe me excusatum. *Luc. 14. v. 18. & 19.*

III. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reversus seryus, nunciavit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo: Exi citò in plænas & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait servus: Domine, factum est, ut imperâsti, & adhuc locus est. *Luc. 14. v. 20. 21. 22.*

IV. Et ait dominus servo: Exi in vias, & sepes: & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo

viro-

D. N. IESV CHRISTI. 177

virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit  
cœnam meam. *Luc. 14. v. 23. & 24.*

## MEDITATIO CXCII.

*Parabola XXXII. Dedenem virginibus, quarum quinque prudentes,  
quinque fatuae.*

I. **S**imile est regnum cælorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas, exierunt obyiam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuae, & quinque prudentes. Sed quinque fatuae, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum : prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. *Matth. 25.*  
*Vers. 1. 2. 3. 4.*

II. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, & dormierunt. Mediâ autem nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exite obyiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. *Matth. 25. v. 5. 6. 7.*

III. Fatuae autem sapientibus dixerunt : Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguntur. Responderunt prudentes, dicentes : Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit

H 5 spon-

sponsus : & quæ paratæ erant , intraverunt  
cum eo ad nuptias , & clausa est janua. *Mat.  
thæt. 25. v. 8. 9. 10.*

**I V.** Novissimè verò veniunt & reliquæ  
virgines, dicentes : Domine, Domine, aperi  
nobis. At ille respondens, ait : Amen dico  
vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia ne-  
scitis diem, neque horam. *Matth. 25. v. 11.  
12. 13.* Adde, quæ Christus dixit *Luc. 13.  
v. 25. 26. 27. 28. 29. 30.*

## MEDITATIO CXIII.

*Parabola XXXIII. De talentis in  
servos distributis.*

**I.** **H**omo peregre proficiscens , vocavit  
servos suos , & tradidit illis bona sua.  
Et uni dedit quinque talenta , alij autem duo,  
alij verò unum , unicuique secundum pro-  
priam virtutem : & profectus est statim.  
*Matth. 25. v. 14. & 15.*

**II.** Abiit autem , qui quinque talenta ac-  
ceperat , & operatus est in eis , & lucratus  
est alia quinque. Similiter & qui duo acce-  
perat, lucratus est alia duo. Qui autem unum  
acceperat, abiens fodit in terram, & abscon-  
dit pecuniam domini sui. *Matth. 25. v. 16.  
17. 18.*

**III.** Post multum verò temporis venit  
domi-

D. N. IESV CHRISTI. 177

dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. *Matth. 25. v. 19. 20. 21.*

IV. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. *Matth. 25. v. 22. & 23.*

## MEDITATIO CXCIV.

*A servo malo talentum auferitur.*

I. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, scio, quia homo durus es; metis, ubi non seminasti; & congregas, ubi non sparsisti: & timens ab iij, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes, quod tuum est. *Matth. 25. Vers. 24. 25.*

II. Respondens autem dominus ejus, dixit ei: Serve male, & piger, sciebas, quia in teo,

180 PARABOLÆ CHRISTI.

meto, ubi non semino; & conGrego, ubi  
non sparsi: oportuit ergo te committere pe-  
cuniam meam numularijs, & veniens ego  
recepissem utique, quod meum est, cum  
usura. Matth. 25. v. 26. & 27.

III. Tollerit itaque ab eo talentum, &  
date ei, qui habet decem talenta. Omni-  
enim habenti dabitur, & abundabit: ei au-  
tem qui non habet, & quod videtur habere,  
auferetur ab eo. Et inutilem servum ejicit  
in tenebras exteriores. Illic erit fletus, & stri-  
dor dentium, Matth. 25. v. 28. 29. 30.

Annotatione pro præcedente Pa-  
rabola.

**S**imilis est haec Parabola illi, quam recenset  
Lucas cap. 19. à versu 12. de decem ministris  
in servos distributis; sed in nonnullis discre-  
pat. Alio enim tempore, fine, ac modo dicta  
est à Christo. Illa nimirum Lucae dicta est  
ante Dominicam Palmarum: hac vero post  
eam, scilicet feriâ tertią. Vnde S. Chrysostomus,  
Euthymius, Iansenius, alij censem, di-  
versas esse Parabolas, hanc Matthei, & il-  
lam Lucae. Ego existimo, unam esse, sed bis ac  
diversimode repetitam, ut facile patet  
utramq; consideranti.

VITÆ

(181.)  
VITÆ  
**D. N. J E S U**  
**C H R I S T I**

Monotessaron Evangelicum.

**P A R S V.**

*De doctrina Christi, quam claris ver-  
bis trādidit.*

**A D H O R T A T I O .**

*Qui vult plenè & sapidè Christi verba in-  
telligere; oportet, ut totam vitam suam  
illi studeat conformare. Thomas à Kempis  
lib. I. de Imitat. Christi, cap. I. §. 2.*

**M E D I T A T I O C X C V .**

*Didagma I. Christi cibus, voluntatem  
Patris facere.*

I. **R**ogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.  
*Ioan. 4. v. 31. & 32.*

II. Dicebant ergo discipuli ad invicem:  
Num-

Numquid aliquis attulit ei manducare?  
*Ioan. 4. v. 33.*

III. Dicit eis Jesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus. *Ioan. 4. v. 34.*

## MEDITATIO CXCVI.

*Didagma II. Christus invitat discipulos,  
ut in opere Dei secum collaborent.*

I. **N**onne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. *Ioan. 4. v. 35.*

II. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut, & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verum, quia alius est, qui seminat, & alius, qui metit. *Ioan. 4. v. 36. E 37.*

III. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alij laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. *Ioan. 4. v. 38.*

## MEDITATIO CXCVII.

*Didagma III. Christus tres sequi secuentes instruit.*

I. **A**ccedens unus Scriba, ait illi : Magister, sequar te, quocumque ieris. *Matthai 8. v. 19.* Dixit illi Iesus : Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos : filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. *Luc. 9. v. 58. Matth. 8. v. 20.*

II. Ait autem ad alterum : Sequere me. Ille autem (alius de discipulis ejus, *Matth. 8. Vers. 21.*) dixit : Domine, permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus : Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos : Tu autem vade, & annuncia regnum Dei. *Luc. 9. v. 59. Et 60. Matth. 8. v. 21. Et 22.*

III. Et ait alter : Sequar te Domine, sed permitte mihi primum renunciare his, quæ domi sunt. Ait ad illum Iesus : Nemo mitterens manum suam ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. *Luc. 9. Vers. 61. Et 62.*

## MEDITATIO CXCVIII.

*Didagma IV. Cur discipuli Christi non jejunaverint.*

I. **A**cceperunt ad Iesum discipuli Ioannis. *Matth. 9. v. 14.* Erant discipuli Ioannis, & Pharisæi jejunantes ; & veniunt, & di-

784 DIDAGMATA

dicunt illi : Quare discipuli Ioannis, & Pharisæorum jejunant (frequenter, *Matth. 9. v. 14.* & obsecrationes faciunt, *Luc. 5. vers. 33.*) tui autem discipuli non jejunant? *Marc. 2. v. 18.* Tui autem edunt & bibunt? *Luc. 5. v. 33.*

II. Et ait illis Iesus ; Numquid possunt filii sponsi lugere , quamdiu cum illis est sponsus? *Matth. 9. v. 15.* Numquid possunt filii nuptiarum , quamdiu sponsus cum illis est, jejunare? *Marc. 2. vers. 19.* Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare? *Luc. 5. v. 34.* Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare. *Marc. 2. v. 19.*

III. Venient autem dies, cùm aufereatur ab eis sponsus : *Matth. 9. v. 15.* *Marc. 2. v. 20.* & cùm ablatus fuerit ab illis sponsus, *Luc. 5. v. 35.* tunc jejunabunt in illis diebus. *Marc. 2. v. 20.* *Luc. 5. v. 35.*

MEDITATIO CXCIX.

*Didagma V. Prior doctrina confirmatur similitudinibus.*

I. **D**icebat autem & similitudinem ad illos : Quia nemo commissuram (panni rudis, *Matth. 9. vers. 16.*) à novo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin

D. N. IESV CHRISTI. 185

quin & novum rumpit, & veteri non convenit commissura à novo. *Luc. 5. Vers. 36.* Tollit enim plenitudinem ejus à vestimento, & peior scissura fit. *Matth. 9. V. 16.* Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri : alioquin aufert supplementum novum à veteri, & major scissura fit. *Marc. 2. V. 21.*

II. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres : alioquin rumpet vinum novum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt. *Luc. 5. V. 37.* *Marc. 2. V. 22.* *Matth. 9. V. 17.* Sed vinum novum in utres novos mitti debet : *Marc. 2. V. 22.* *Luc. 5. V. 38.* *Matth. 9. V. 17.* & utraque conservantur. *Luc. 5. V. 38.* *Matth. 9. V. 17.*

III. Et nemo bibens vetus, statim vult novum, dicit enim : Vetus melius est. *Luc. 5. Vers. 39.*

## MEDITATIO CC.

### Didagma VI. De resuscitatione mortuorum.

I. **A**men, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transiit à morte in vitam... Amen,

Amen, amen dico vobis, quia venit hora;  
& nunc est, quando mortui audient vocem  
Filij Dei, & qui audierint, vivent. Sicut enim  
Pater habet vitam in semetipso, sic dedit &  
Filio habere vitam in semetipso: & potesta-  
tem dedit ei judicium facere, quia Filius ho-  
minis est. *Ioan. 5. v. 24. 25. 26. 27.*

II. Nolite mirari hoc, quia venit hora  
in qua omnes, qui in monumentis sunt, au-  
dient vocem Filij Dei. Et procedent, qui  
bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui  
verò mala egerunt, in resurrectionem ju-  
dicij. *Ioan. 5. v. 28. & 29.*

III. Non possum ego à meipso facere  
quidquam. Sicut audio, judico: & judicium  
meum justum est, quia non quæro volun-  
tatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit  
me. *Ioan. 5. v. 30.*

## MEDITATIO CCI.

*Didagma VII. Tria testimonia divi-  
nitatis Christi: ac primum à  
Ioanne.*

I. **S**i ego testimonium perhibeo de meipso,  
testimonium meum non est verum. Alius est, qui testimonium perhibet de me: &  
scio, quia verum est testimonium, quod per-  
hibet de me. *Ioan. 5. v. 31. & 32.*

II. Vos

D. N. IESV CHRISTI. 187

II. Vos misistis ad Ioannem : & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio : sed hæc dico, ut vos salvi sitis. *Ioan. 5. v. 33.* *Eg 34.*

III. Ille erat lucerna ardens , & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce ejus. *Ioan. 5. v. 35.*

## MEDITATIO CCII.

*Didagma VIII. Alterum testimonium  
Divinitatis Christi, ab ope-  
ribus.*

I. **E**go habeo testimonium majus Ioanne. Operam enim , quæ dedit mihi Pater , ut perficiā ea ; ipsa opera , quæ ego facio , testimonium perhibent de me , quia Pater misit me. *Ioan. 5. v. 36.*

II. Et qui misit me Pater , ipse testimonium perhibuit de me : neque vocem ejus unquam audistis , neque speciem ejus vidi- stis : & verbum ejus non habetis in vobis manens : quia quem misit ille , huic vos non creditis. *Ioan. 5. v. 37.* *Eg 38.*

III. Scrutamini Scripturas , quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere : & illæ sunt , quæ testimonium perhibent de me : & non vultis venire ad me , ut vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Sed

788 **DIDAGMATA**

Sed cognovi vos , quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei , & non accipitis me : si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. *Ioan. 5. v. 39.*  
*40. 41. 42. 43.*

**MEDITATIO CCIII.**

*Didagma IX. Tertium testimonium  
divinitatis Christi à Moyse.*

I. **Q**uomodo vos poteritis credere , qui gloriam ab invicem accipitis ; & gloriam , quæ à solo Deo est , non quæritis ? *Ioan. 5. v. 44.*

II. Nolite putare , quia ego accusaturus sim vos apud Patrem . Est , qui accusat vos , Moyses , in quo vos speratis. *Ioan. 5. v. 45.*

III. Si enim crederetis Moysi , crederetis forsitan & mihi : de me enim ille scripsit . Si autem illius litteris non creditis , quomodo verbis meis credetis ? *Ioan. 5. v. 46. 47.*

**MEDITATIO CCIV.**

*Didagma X. Discipuli Sabbato spicas confircent , & à Christo contra Pharisaeorum calumnias vindicantur.*

I. **I**n illo tempore abiit Iesus per sata Sabato. *Matth. 12. v. 1.* Factum est autem

in

D. N. IESV CHRISTI. 189.

in Sabbato secundo primo, cùm transiret per sata, *Luc. 6. v. 1.* discipuli ejus esurientes, *Matth. 12. v. 1.* cœperunt progredi, & vellere spicas, *Marc. 2. v. 23.* & manducabant confricantes manibus. *Luc. 6. v. 1.*

II. Quidam autem Phariseorum dicebant illis: Quid facitis, quod non licet in Sabbatis? *Luc. 6. v. 2.* Pharisei autem videntes, dixerunt ei: Ecce, discipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbatis. *Matth. 12. v. 2.* Et respondens Iesus ad eos, dixit: *Luc. 6. v. 3.* Nunquam legistis, quid fecerit David, quando necessitatem habuit, & esuriuit ipse, & qui cum eo erant? Quomodo introivit in dominum Dei, sub Abiathar principe sacerdotum, *Marc. 2. v. 25. v. 26.* & panes propositionis sumpxit, & manducavit, & dedit his, qui cum ipso erant: *Luc. 6. v. 4.* quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus. *Matth. 12. v. 4.*

III. Aut non legistis in lege, quia Sabbathis sacerdotes in templo Sabbathum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maiore est hic. Si autem sciretis, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes. *Matth. 12. v. 5. 6. 7.* Et dicebat eis:

eis: Sabbatum propter hominem factum est; & non homo propter Sabbatum. Itaque Dominus est filius hominis, etiam Sabbathum. *Marc. 2. v. 27. & 28. Luc. 6. v. 5. Matth. 12. v. 8.*

## MEDITATIO CCV.

*Didagma XI. De sermone Christi habito in monte: ac primum, de octo Beatis inibit.*

I. **V**Idens Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. *Matth. 5. v. 1.* Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, *Luc. 6. v. 20.* aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati mites: quoniam ipsis possidebunt terram. *Matth. 5. v. 2-3. 4.*

II. Beati, qui lugent: quoniam ipsis consolabuntur. Beati, qui esuriunt & sitiunt: iustitiam: quoniam ipsis saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsis misericordiam consequentur. *Matth. 5. v. 5. 6. 7.*

III. Beati mundo corde: quoniam ipsis Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem

par-

D. N. IESV CHRISTI. 19

paciuntur propter justitiam : quoniam ipso-  
rum est regnum cælorum. Matth. 5. Vers. 8.  
9. 10.

I V. Beati estis, cùm maledixerint vobis,  
& persecuti vos fuerint, & dixerint omne  
malum adversum vos mentientes, propter  
me. Matth. 5. 11. Beati eritis, cùm vos  
oderint homines, & cùm separaverint vos,  
& exprobraverint, & ejecerint nomen vestrū  
tanquam malum, propter Filium hominis.  
Luc. 6. 6. 22. Gaudete in illa die, & exultate:  
ecce enim merces vestra multa est in cælo:  
Luc. 6. 6. 23. copiosa est in cælis. Matth. 5.  
6. 12. Secundum hæc enim faciebant Pro-  
phetis Patres eorum. Luc. 6. 6. 23. Sic per-  
secuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos  
Matth. 5. 6. 12.

## MEDITATIO CCVI.

*Didagma XII. Exhortatio Christi ad  
recte utendum talentis.*

I. **V**os estis sal terræ. Quod si sal evanue-  
rit, in quo salietur? ad nihilum valet  
ultrà, nisi ut mittatur foras, & conculcetur  
ab hominibus. Matth. 5. 6. 13.

II. Vos estis lux mundi. Non potest ci-  
vitas abscondi supra montem posita; neque  
accendunt lucernam; & ponunt eam sub-

192. DIDAGMATA

modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. *Matth. 5. v. 14.* *E* 15. Nemo lucernam accendens, operit eam vase, aut subtrahit lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen, *Luc. 8. v. 16.* *E* cap. 11. v. 33.

III. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorifcent Patrem vestrum, qui in caelis est. *Matth. 5. v. 16.* Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur; & in palam veniat. Videte ergo, quomodo audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. *Luc. 8. v. 17.* *E* 18.

MEDITATIO CGVII.

*Didagma XIII. Christus non venit solvere legem, sed implere.*

I. **N**olite putare, quoniam veni solvere legem, aut Prophetas: non veni solvere, sed adimplere. *Matth. 5. v. 17.*

II. Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum & terra, iota unum, aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia finiantur. *Matth. 5. v. 18.*

III. Qui ergo solverit unum de mandatis,

D. N. IESV CHRISTI. 193

ceat o-  
G. 14.  
operit  
d supra  
ant lu-  
...  
homini-  
& glo-  
elis est.  
rum-  
litum,  
eniat-  
enim.  
habet,  
tur ab-  
II.  
it sol-  
vere-  
ni sol-  
trans-  
unus  
nia fi-  
man-  
latis.

mandatis istis minimis , & docuerit sic ho-  
mines , minimus vocabitur in regno cælo-  
rum : qui autem fecerit & docuerit, hic ma-  
gnus vocabitur in regno cælorum. *Matth. 5.*  
*Vers. 19.*

IV. Dico enim vobis , quia nisi abunda-  
verit justitia vestra plus quam Scribarum  
& Phariseorum , non intrabitis in regnum  
cælorum. *Matth. 5. V. 20.*

## MEDITATIO CCVIII.

*Didagma XIV. Non irascendum  
proximo.*

I. **A**vidistis, quia dictum est antiquis : Non  
occides : qui autem occiderit, reus  
erit judicio. *Matth. 5. V. 21.*

II. Ego autem dico vobis : Quia omnis  
qui irascitur fratri suo, reus erit judicio. *Mat-  
th. 5. V. 22.*

III. Qui autem dixerit fratri suo ; Ra-  
ca : reus erit concilio. Qui autem dixerit ;  
Fatue ; reus erit gehennæ ignis. *Matth. 5.*  
*Vers. 22..*

## MEDITATIO CCIX.

*Didagma XV. De querenda re-  
conciliacione.*

I. **S**i offers munus tuum ad altare, & ibi  
scordatus fueris, quia frater tuus habet  
aliquid adversum te: relinque ibi munus  
tuum ante altare, & vade prius reconciliari  
fratri tuo: & tunc veniens offeres munus  
tuum. *Matth. 5. v. 23. & 24.*

II. Esto consentiens adversario tuo citro-  
dum es in via cum eo: ne forte tradat te ad-  
versarius judici, & judex tradat te ministro,  
& in carcerem mittaris. Amen dico tibi,  
non exies inde, donec reddas novissimum  
quadrantem. *Matth. 5. v. 25. & 26.*

III. Cum vadis cum adversario tuo ad  
principem, in via da operam liberari ab illo,  
ne forte trahat te ad judicem, & judex tradat  
te exactori, & exactor mittat te in carcerem.  
Dico tibi, non exies inde, donec etiam no-  
vissimum minutum reddas. *Luc. 12. v. 5. &*  
*& 59.*

## MEDITATIO CCX.

### *Didagma XVI. De refrenanda concupiscentia.*

I. **A**udistis, quia dictum est antiquis: Non  
mœchaberis. Ego autem dico vobis,  
quia omnis, qui viderit mulierem ad concu-  
pisendum eam, jam mœchatus est eam in-  
corde suo. *Matth. 5. v. 27. & 28.*

II. Quod

D. N. IESV CHRISTI. 195

II. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextra manus tua scandalizat te, absconde eam, & proijce abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. Matth. 5. v. 29. Et 30. Et infra cap. 18. v. 8. Et 9. Marc. 9. v. 42. 43. 44. 45. 46. 47.

III. Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis caussâ, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Matth. 5. v. 31. Et 32. Luc. 16. v. 18.

MEDITATIO CCXI.

Didagma XVII. Non esse jurandum omnino.

H<sup>I</sup>terum audistis, quia dictum est antiquis: Non perjurabis, reddes autem Dominu<sup>m</sup> juramenta tua. Matth. 5. v. 33.

II. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cælum; quia thronus

196.

## DIDAGMATA

Dei est : neque per terram ; quia scabellum  
est pedum ejus : neque per Hierosolymam ;  
quia civitas est magni regis : neque per ca-  
put tuum juraveris ; quia non potes unum  
capillum album facere, aut nigrum. *Matth.*

*s. v. 34. 35. 36.*

III. Sit autem sermo vester ; Est, est.  
Non, non : quod autem his abundantius est,  
à malo est. *Matth. s. v. 37.*

## MEDITATIO CCXII.

*Didagma XVIII. Non resistendum  
malo.*

I. **A**udistis, quia dictum est : Oculum  
pro oculo, & dentē pro dente. Ego au-  
tem dico vobis, non resistere malo ; sed si  
quis te percusserit in dextram maxillam  
am, præbe illi & alteram. *Matth. 5. v. 38. 39.*

II. Et ei, qui vult tecum judicio cohen-  
dere, & tunicam tuam tollere, dimitte eis  
pallium. *Matth. 5. vers. 40.* Abeo, qui aufer-  
tibi vestimentum, (*ἱμάτιον, pallium, quod  
supra tunicam induitur*) etiam tunicam no-  
li prohibere. *Luc. 6. v. 29.* Et quicumque te  
angariaverit mille passus, vade cum illo &  
alia duo, *nimirum millia passuum, seu alte-  
rum milliare.* *Matth. 5. v. 41.*

III.

D. N. IESV CHRISTI. 197

III. Qui petit à te, da ei : & volenti mu-  
tuari à te, ne avertaris. *Matt. 5. v. 42.* O-  
mni petenti te, tribue : & qui aufert, quæ tua  
sunt, ne repetas. Et prout vultis, ut faciant  
vobis homines, & vos facite illis similiter.  
*Luc. 6. v. 30.* ¶ 31.

MEDITATIO CCXIII.

*Didagma XIX. De diligendis  
inimicis.*

II. **A**Vdistis, quia dictum est : Diliges pro-  
ximum tuum, & odio habebis inimi-  
cum tuum. Ego autem dico vobis : Diligite  
inimicos vestros, benefacite his, qui ode-  
runt vos. *Matt. 5. v. 43.* ¶ 44. Benedi-  
cite maledicentibus vobis. *Luc. 6. v. 28.* Et  
orate pro persecutibus, & calumnianti-  
bus vos. *Matt. 5. v. 44.*

II. Ut sitis filij Patris vestri, qui in cælis  
est : qui solem suum oriri facit super bonos  
& malos : & pluit super justos & injustos. Si  
enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam  
mercedem habebitis ? nonne & publicani  
hoc faciunt ? *Matt. 5. v. 45.* ¶ 46. Si di-  
ligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est  
gratia ? nam & peccatores diligentes se di-  
ligunt,

798 DIDAGMATA

ligunt. *Luc.* 6. v. 32. Si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? *Matth.* 5. v. 47. Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est. *Matth.* 5. v. 48.

III. Si beneficeritis his, qui vobis bene faciunt; quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum deritis his, à quibus speratis recipere; quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia. Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. *Luc.* 6. v. 33, 34, 35. Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est. *Luc.* 6. v. 36.

MEDITATIO CCXIV.

*Didagma XX. De modo distribuendi eleemosynas.*

I. **A**ttendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est. *Matth.* 6. Vers. 1.

II. Cum

I I. Cùm ergo facis eleemosynam , noli  
tubâ canere ante te , sicut hypocritæ faciunt  
in synagogis , & in vicis , ut honorificantur  
ab hominibus. Amen dico vobis , recepe-  
runt mercedem suam. *Matth. 6. v. 2.*

III. Te autem faciente eleemosynam ,  
nesciat sinistra tua , quid faciat dextera tua :  
ut sit eleemosyna tua in abscondito , & Pa-  
ter tuus , qui videt in abscondito , reddet ti-  
bi. *Matth. 6. v. 3. & 4.*

## MEDITATIO CCXV.

### Didagma XXI. De modo rectè orandi.

I. ET cùm oratis , non eritis sicut hypo-  
critæ , qui amant in synagogis , & in  
angulis platearum stantes orare , ut videan-  
tur ab hominibus. Amen dico vobis , rece-  
perunt mercedem suam. *Matth. 6. v. 5.*

II. Tu autem cùm oraveris , intra in cu-  
biculum tuum , & clauso ostio , ora Patrem  
tuum in abscondito : & Pater tuus , qui videntur  
in abscondito , reddet tibi. *Matth. 6. v. 6.*

III. Orantes autem , nolite multum lo-  
qui , sicut Ethnici : putant enim , quod in  
multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo  
assimilari eis : scit enim Pater vester , quid

opus sit vobis, antequam petatis eum. *Matth. 6. v. 7. & 8.*

## MEDITATIO CCXVI.

*Didagma XXII. Formula precandi  
prescribitur.*

I. **S**ic ergo vos orabitis: Pater noster, qui  
es in cælis: sanctificetur nomen tuum.  
Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua,  
sicut in cælo, & in terra. *Matth. 6. v. 9. & 10.*

II. Panem nostrum supersubstantialem  
( quotidianum *Luc. 11. v. 3.* ) da nobis ho-  
die. Et dimitte nobis debita nostra, sicut &  
nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne  
nos inducas in temptationem. Sed libera nos  
à malo. Amen. *Matth. 6. v. 11. 12. 13.*

III. Si enim dimiseritis hominibus pec-  
cata eorum, dimitteret & vobis Pater vester  
cælestis delicta vestra. Si autem non dimi-  
seritis hominibus, nec Pater vester dimitteret  
vobis peccata vestra. *Matth. 6. v. 14. & 15.*

IV. Iterum dico vobis, quia si duo ex  
vobis consenserint super terram, de omni  
re, quamcumque petierint, fieri illis à Patre  
meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel  
tres congregati in nomine meo, ibi sum in  
medio eorum. *Matth. 18. v. 19. 20.*

ME-

D. N. IESV CHRISTI. 201

## MEDITATIO CCXVII.

*Didagma XXIII. De modo bene  
jejunandi.*

I. **C**VM autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes : exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. *Matth. 6. v. 16.*

II. Tu autem, cùm jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam laya: *Matth. 6. v. 17.*

III. Ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, redder tibi. *Matth. 6. v. 18.*

## MEDITATIO CCXVIII.

*Didagma XXIV. Congregandos thesauros in cælo.*

I. **N**OLITE thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. *Matth. 6. vers. 19.*

II. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. *Matth. 6. v. 20.*

III. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est  
& cor tuum. Matth. 6. v. 21.

## MEDITATIO CCXIX.

*Didagma XXV. De oculo simplici, &  
nequam: hoc est, ut Augustinus exponit lib.  
2. de serm. Dom. cap. 21. De  
Intentione.*

I. **V**cerna corporis tui, est oculus tuus,  
Si oculus tuus fuerit simplex, totum  
corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus  
tuus fuerit nequam, totum corpus tuum  
tenebrosum erit. Matth. 6. v. 22. & 23. Luc.  
11. v. 34.

II. Si ergo lumen, quod in te est, tene-  
bræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Mat-  
thæi 6. v. 23. Vide ergo, ne lumen, quod in  
te est, tenebræ sint. Luc. 11. v. 35.

III. Si ergo corpus tuum totum lucidum  
fuerit, non habens aliquam partem tenebra-  
rum, erit lucidum totum, & sicut lucerna  
fulgoris illuminabit te. Luc. 11. v. 36.

## MEDITATIO CCXX.

*Didagma XXVI. Improbam terreno-  
rum sollicitudinem ponendam.*

I. **N**emo potest duobus dominis servire:  
aut

D. N. IESV CHRISTI. 203

aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ. *Matth. 6. v. 24.*

II. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nónne anima plus est, quàm esca? & corpus plus, quàm vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cælestis pascit illa. Nónne vos magis pluris estis illis? *Matth. 6. v. 25. E. 6.*

III. Quis autem vestrum cogitans, potest adiicere ad staturam suam cubitum unū? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua, coopertus est, sicut unum ex ipsis. *Matth. 6. v. 27. 28. 29.*

IV. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit; quantò magis vos modicæ fidei? *Matthai 6. v. 30.*

M E.

## MEDITATIO CCXXI.

*Didagma XXVII. Quærendum pri-*  
*mò regnum Dei: cetera ad-*  
*iectum iri.*

I. **N**olite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt: scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. *Matth. 6. v. 31. & 32.*

II. Quærite ergo primum regnum Dei, & justitiam ejus: & hæc omnia adiicientur vobis. *Matth. 6. v. 33.*

III. Nolite ergo solliciti esse in crastinū. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. *Matth. 6. v. 34.*

## MEDITATIO CCXXII.

*Didagma XXVIII. Non temere*  
*judicandum.*

I. **N**olite judicare, ut non judicemini. *Matth. 7. v. 1.* Nolite judicare, & non judicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. *Luc. 6. v. 37.*

II. In quo enim iudicio judicaveritis, ju-  
dica-

D. N. IESV CHRISTI. 205

dicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. *Matth. 7. v. 2.*

III. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem. dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensurâ, quâ mensi fueritis, remetietur vobis. *Luc. 6. v. 37. & 38.*

### MEDITATIO CCXXIII.

*Didagma XXIX. De festuca & trabe in oculis: hoc est, de eo, qui alterius parva peccata sidet, sua magna non sidet.*

I. **D**icebat Iesus illis & similitudinem: Numquid potest cæcus cæcum dicere? nōnne ambo in foveam cadunt? Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus. *Luc. 6. v. 39. & 40.*

II. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? *Matth. 7. v. 3.* trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? *Luc. 6. v. 41.* Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, si ne, eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? *Luc. 6. v. 42.* Ecce trabs est in oculo tuo. *Matth. 7. v. 4.*

III. Hy-

III. Hypocrita, eijce primūm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. *Matth. 7. v. 5.* tunc per spicies, ut educas festucam de oculo fratris tui. *Luc. 6. v. 42.*

## MEDITATIO CCXXIV.

*Didagma XXX. De fugiendis Pseudoprophetis.*

I. **A**ttendite à falsis prophetis, qui venuunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? *Matth. 7. v. 15. Et 16.* Vnaquaque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubro vindemiant iuvam. *Luc. 6. v. 44.*

II. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. *Matth. 7. v. 17.* Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum. *Luc. 6. v. 43.*

III. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. *Matth. 7. v. 18.* Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus

D. N. IESV CHRISTI. 207

malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. *Luc. 6. v. 45.*

I V. Omnis arbor, quæ non facit fructū bonum, excidetur, & in ignem mittetur.. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. *Matth. 7. v. 19 & 20.*

## MEDITATIO CCXXV.

*Didagma XXXI. Neque solam fidem,  
neque gratias gratis datas  
salvare.*

I. **Q**uid vocatis me; Domine, Domine: & non facitis, quæ dico? *Luc. 6. v. 46.* Non omnis, qui dicit mihi; Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. *Matth. 7. vers. 21.*

II. Multi dicent mihi in illa die; Domine, Domine, nōnne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo daemonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? *Matth. 7. v. 22.*

III. Et tunc confitebor illis: Quia nūquam novi vos. Discedite à me, qui operamini iniquitatem. *Matth. 7. v. 23.*

ME-

## MEDITATIO CCXXVI.

*Didagma XXXII. Qui audit verbum,*

*& custodit illud, cui similis sit.*

I. **O**Mnis, qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis, cui similis sit. *Luc. 6. v. 47.*

II. Similis est homini ædificanti domum, *Luc. 6. v. 48.* viro sapienti, *Matth. 7. v. 24.* qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. *Luc. 6. v. 48.* Et descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. *Matth. 7. v. 25.* Inundatione autem factâ, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam movere. *Luc. 6. v. 48.* fundata enim erat super petram. *Matth. 7. v. 25.* & *Luc. 6. v. 48.*

III. Qui autem audit, & non facit: similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: *Luc. 6. v. 49.* viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam: *Matth. 7. v. 26.* in quam illius est fluvius, *Luc. 6. v. 49.* & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, *Matth. 7. v. 27.* & continuò cecidit: & facta est ruina domus illius magna. *Luc. 6. v. 49.*

IV. Et

D. N. IESV CHRISTI. 209

XVI.  
bum,  
c. 1500  
lit seru  
endam  
mum,  
G. 24.  
entum  
endit  
erunt  
& non  
iutem  
non.  
data  
s. &  
simi-  
super  
viro  
iper  
us est  
uvia,  
ti, &  
• 27  
omus  
, Et

IV. Et factum est, cum consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrinæ ejus. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi. Matth. 7. v. 28. & 29.

## MEDITATIO CCXXVII.

Didagma XXXIII. Christus minatur obduratis civitatibus.

I. Cœpit Jesus exprobrare civitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes ejus, quia non egissent pœnitentiam. Matth. 11. v. 20.

II. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaina: quia, si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die judicij, quam vobis. Matth. 11. v. 21. & 22. Luc. 10. v. 13. & 14.

III. Et tu Capharnaum, numquid usque in cælum exaltaberis? usque in infernum descendes: quia, si in Sodonijs factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent usque in hanc diem. Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit

310 DIDAGMATA

erit in die judicij , quām tibi. Matth. 11. v.  
23. & 24.

MEDITATIO CCXXVIII.

*Didagma XXXIV. Christi confessio  
ad divinum Patrem.*

I. In ipsa hora exultavit Iesus Spiritu san-  
cto, & dixit: Luc. 10. v. 21. Confiteor  
tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia ab-  
scondisti hæc à sapientibus, & prudentibus,  
& revelasti ea parvulis. Matth. 11. v. 25.  
Luc. 10. v. 21.

II. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum  
ante te. Matth. 11. v. 26. Luc. 10. v. 21.

III. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.  
Et nemo novit filium, nisi Pater: neque Pa-  
treum quis novit, nisi filius, & cui voluerit  
filius revelare. Mat. 11. v. 27. Luc. 10. v. 22.

IV. Et conversus ad discipulos suos, di-  
xit: Beati oculi, qui vident, quæ vos vide-  
tis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ,  
& Reges voluerunt videre, quæ vos vide-  
tis, & non viderunt; & audire, quæ auditis,  
& non audierunt. Luc. 10. v. 23. & 24.

MEDITATIO CCXXIX.

*Didagma XXXV. Christus omnes one-  
ratos ad se vocat; iugum enim suum  
esse suave.* I. Ve-

D. N. IESV CHRISTI. 217

I. **V**enite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.  
*Matth. 11. v. 28.*

II. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris.  
*Matth. 11. v. 29.*

III. Iugum enim meum suave est, & onus meum leve. *Matth. 11. v. 30.*

## MEDITATIO CCXXX.

*Didagma XXXVI. Rationem reddendam de quolibet verbo otioso.*

I. **P**rogenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala.  
*Matth. 12. v. 34. & 35.*

II. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo, in die iudicij. *Matth. 12. v. 36.*

III. Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. *Matth. 12. v. 37.*

M E.

## MEDITATIO CCXXXI.

*Didagma XXXVII. Quænam mater,  
& qui sunt fratres Christi.*

I. **A** Dhuc Iesu loquente ad turbas, ecce mater ejus, & fratres stabant foris, quærentes loqui ei : *Matth. 12. v. 46.* & non poterant adire eum præ turba : *Luc. 8. v. 19.* & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum. *Marc. 3. v. 31.*

II. Dixit autem ei quidam : Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te : *Matth. 12. v. 47.* Volentes te videre. *Luc. 8. v. 20.* Et sedebat circa eum turba, & dicunt ei : Ecce mater tua, & fratres tui foris quærunt te. *Marc. 3. v. 32.* At ipse respondens dicenti sibi, *Matth. 12. v. 48.* & respondens eis, ait : *Marc. 3. v. 33.* Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? *Matth. 12. v. 48.* *Marc. 3. v. 33.*

III. Et circumspiciens eos, qui in circuitu ejus sedebant, *Marc. 3. v. 34.* & extendens manum in discipulos suos, dixit : Ecce mater mea, & fratres mei. *Matth. 12. v. 49.* Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. *Matth. 12. v. 50.* Mater mea,

D. N. IESV CHRISTI. 213

mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei  
audiunt, & faciunt. *Luc. 8. v. 21.*

## MEDITATIO CCXXXII.

*Didagma XXXVIII. Prophetam non  
esse acceptum in patria sua.*

I. **I**esus veniens in patriam suam ( Nazareth, ubi erat nutritus, *Luc. 4. v. 16.*) doccebat eos in synagogis eorum, (facto sabbato, *Marc. 6. v. 2.*) ita ut mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Nónne hic est fabri filius? Nónne mater ejus dicitur Maria; & fratres ejus Iacobus, & Joseph, & Simon, & Iudas? & sorores ejus, nónne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? *Matth. 13. v. 54. 55. 56.* Et scandalizabantur in eo. *Matth. 13. v. 57. Marc. 6. v. 3.*

II. **I**esus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. *Matth. 13. v. 57.* & in cognatione sua. *Marc. 6. v. 4.*

III. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum. *Matth. 13. vers. 58.* Non poterat ibi virtutem ullam facere: nisi paucos infirmos, impositis manibus, curavit. Et mirabatur propter incredulitatem

dulitatem eorum, & circuibat castella in circuitu docens. *Marc. 6. v. 5. &c. 6.*

*Idem Didagma ex S. Luca  
cap. 4.*

I. **A** It illis Iesus : Vtique dicetis mihi hanc similitudinem : Medice, cura te ipsum : quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem : Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. *Luc. 4. v. 23. 24.*

II. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset famæ magna in omni terra : & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniae, ad mulierem viduam. *Luc. 4. v. 25. &c. 26.*

III. Et multi leprosi erant in Israël sub Elisæo propheta : & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga irâ, hæc audientes. Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem. *Luc. 4. v. 27. 28. 29.*

MEDITATIO CCXXXIII.

*Didagma XXXIX. De prudentia & patientia ad prædicandum necessaria.*

I. Ecce

D. N. IESV CHRISTI. 215

I. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. *Matthaei 10. v. 16.*

II. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad praesides, & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis, & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquamini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. *Matth. 10. v. 17. 18. 19. 20.*

III. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficiant. Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Matth. 10. v. 21. & 22.*

## MEDITATIO CCXXXIV.

Didagma XL. De modo Profectionis,  
& mansionis.

I. Praecepit eis Iesus, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum: (intellige baculum glatorium, more peregrinorum) non peram, non panem, neque in zona æs,

*Marco.*

## 216 DIDAGMATA

*Marc. 6. v. 8.* Ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, ( intellige talem, quae sit insigne honoris atque potestatis, ut est scepterū, fasces &c. item talem, quā alios percuttant, ut arma) neque peram, neque panem, neq; pecuniam, neque duas tunicas habeatis. *Luc. 9. v. 3.* Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neq; calceamenta, ( hoc est, duo calceorum paria, nam Marci 6. v. 9. misit eos calceatos sandalijs) neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo. *Matth. 10. v. 9.* ¶ *v. 10.*

II. In quacumque autem civitatem, aut castellum intraveritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeat is. *Matth. 10. v. 11.* Quocumque introieritis in domum, illic manete, donec exeat is inde. *Marc. 6. v. 10.* nimurum ex civitate, aut castello. In quacumque domum intraveritis, ibi manete, & inde ( ex domo illa ad alias atque alias domos) ne exeat is. *Luc. 9. v. 4.*

III. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam. Si autem non fuerit di-

gnata

gna, pax vestra revertetur ad vos. *Matth.*  
*10. v. 12. & 13.*

## MEDITATIO CCXXXV.

*Didagma XL I. De modo egressionis  
ab infidelibus.*

I. **C**Vm persequentur vos in civitate ista,  
fugite in aliam. Amen dico vobis,  
non consummabitis civitates Israël, donec  
veniat filius hominis. *Matth. 10. v. 23.*

II. Quicumque non receperint vos, nec  
audierint vos: (sermones vestros, *Matth.*  
*10. v. 14.*) exeuntes inde (de civitate illa,  
*Luc. 9. v. 5.* vel de domo, *Matth. 10. v.*  
*14.*) excutire pulverem de pedibus vestris  
in testimonium illis. *Marc. 6. v. 11.* Etiam  
pulverem pedum vestrorum excutite in te-  
stimonium supra illos. *Luc. 9. v. 5.*

III. Amen dico vobis; Tolerabilius erit  
terrae Sodomorum, & Gomorrhæorum in-  
die Iudicii, quam illi civitati. *Matthæi 10.*  
*vers. 15.*

IV. Et exeuntes prædicabant, ut pœni-  
tentiam agerent: & dæmonia multa ejicie-  
bant, & ungebant oleo multos ægros, & sa-  
nabant. *Marc. 6. v. 12. & 13.*

## MEDITATIO CCXXXVI.

*Didagma XLII. Summa institutionis  
ad prædicandum.*

I. **E**vntes prædicate, dicentes: Quia ap-  
propinquavit regnum cælorum. *Mat-  
thai 10. v. 7.*

II. Infirmos curate, mortuos suscitate,  
leprosos mundate, dæmones ejicite: Gratia  
accepistis, gratis date. *Matth. 10. v. 8.*

III. Qui recipit vos, me recipit: & qui  
me recipit, recipit eum, qui me misit. *Mat-  
thai 10. v. 40.*

## MEDITATIO CCXXXVII.

*Didagma XLIII. Quis timendus,  
qui non timendi?*

I. **N**olite timere eos, qui occidunt cor-  
pus, animam autem non possunt oc-  
cidere: sed potius timete eum, qui potest  
& animam & corpus perdere in gehennam.  
*Matth. 10. v. 28.*

II. Nónne duo passeret asse væneunt,  
& unus ex illis non cadet super terram sine  
Patre vestro? Vestri autem capilli capitis  
omnes numerati sunt. Nolite ergo timere:  
mul-

D. N. IESV CHRISTI. 219

multis passeribus meliores estis vos. Matth.  
10. 6. 29. 30. 31.

III. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Matth. 10. 6. 32. & 33.

### MEDITATIO CCXXXVIII.

Didagma XLIV. Quid venerit Christus in terras mittere?

I. **N**olite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam. Et inimici hominis, domestici ejus. Matth. 10. 6. 34. 35. 36.

II. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Matth. 10. 6. 37. 38.

III. Qui invenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam.

propter me , inveniet eam .. Matthais 10.  
vers. 39.

## MEDITATIO CCXXXIX.

*Didagma XLV. Præmium eorum , quæ  
Dei seruos recipiunt.*

I. **Q**ui recipit vos , me recipit ; & qui me recipit , recipit eum , qui me misit .  
*Matth. 10. v. 40.*

II. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ , mercedem prophetæ accipiet : & qui recipit justum in nomine justi , mercedem justi accipiet . *Matth. 10. v. 41.*

III. Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ , tantum in nomine discipuli , amen dico vobis , non perdet mercedem suam . *Matth. 10.*  
*vers. 42.*

## MEDITATIO CCXL.

*Didagma XLVI. De Abnegatione  
sui quotidiana.*

I. **I**esus dixit discipulis suis : *Matth. 16. v. 24.* & convocatâ turbâ cum discipulis suis , *Marc. 8. v. 34.* dicebat ad omnes : *Luc. 9. v. 23.* Si quis vult post me venire , ( me sequi , *Marc. 8. v. 34.* ) abneget se metipsum , & tollat crucem suam ( quotidie )

D. N. IESV CHRISTI. 221

die, *Luc. 9. v. 23.*) & sequatur me. *Matth. 16. v. 24. Marc. 8. v. 34. Luc 9. v. 23.*

H. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam : qui autem perdidit animam suam propter me, (& evangelium, *Marc. 8. v. 35.*) inveniet eam. *Matth. 16. v. 25.* salvam faciet eam. *Marc. 8. v. 35.* & *Luc. 9. v. 24.*

III. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur ? *Matth. 16. v. 26.* Se autem ipsum perdat, & detrimentum sui, (animæ suæ, *Marc. 8. v. 36.*) faciat ? *Luc. 9. v. 25.* Aut quam dabit homo communionem pro anima sua ? *Matth. 16. v. 26.* *Marc. 8. v. 37.* Filius enim hominis venit in gloria Patris sui, cum Angelis suis : & tunc reddet unicuique secundum opera ejus. *Matth. 16. v. 27.*

IV. Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. *Luc. 9. v. 26.* Qui enim me confusus fuerit, & verba mea, in generatione ista adultera & peccatrice : & filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. *Marc. 8. v. 38.*

K 3 V. Dico

V. Dico autem vobis verè : *Luc. 9. v. 27.*  
 Amen dico vobis , sunt quidam de hīc stan-  
 tibus , qui non gustabunt mortem , *Matth.*  
*16. v. 28. Marc. 8. v. 39. Luc. 9. v. 27.* do-  
 nec videant regnum Dei , *Luc. 9. v. 27.* veni-  
 ens in virtute . *Marc. 8. v. 39.* Donec vide-  
 ant Filium hominis venientem in regno suo  
*Matth. 16. v. 28.*

## MEDITATIO CCXLI.

### *Didagma XLVII. Humilitatem par-* *volorum imitandam.*

I. Intravit cogitatio in eos, (*Apostolos*) quis  
 eorum major esset. At Iesus videns co-  
 gitationes cordis illorum , *Luc. 9. v. 46. &*  
*47.* cùm domi essent , interrogabat eos:  
 Quid in via tractabatis ? At illi rachebant. Si-  
 quidem in via inter se disputaverant , quis  
 eorum major esset. *Marc. 9. v. 32. & 33.*

II. In illa hora accesserunt discipuli ad  
 Iesum , dicentes : Quis , putas , major est in  
 regno cælorum ? *Matth. 18. v. 1.* Et resi-  
 dens vocavit duodecim , & ait illis : Si quis  
 vult primus esse , erit omnium novissimus ,  
 & omnium minister. *Marc. 9. v. 34.*

III. Advocans Iesus parvulum , *Matth.*  
*18. v. 2. &* accipiens puerum , *Marc. 9. v. 35.*

statuit eum in medio eorum, *Matth. 18.*  
v. 2. secus se. *Luc. 9. v. 47.* Quem cùm  
complexus esset, ait illis: *Marc. 9. v. 35.* A-  
men dico vobis, nisi conversi fueritis, & ef-  
ficiamini sicut parvuli, non intrabitis in re-  
gnum cælorum. Quicumque ergo humili-  
averit se sicut parvulus iste, hic est major  
in regno cælorum. *Matth. 18. v. 3. Et 4.*  
Qui minor est inter vos omnes, hic major  
est. *Luc. 9. v. 48.* Quisquis unum ex hujus-  
modi pueris receperit in nomine meo, me  
recipit: & quicumque me suscepere, non  
me suscipit, sed eum, qui misit me. *Marc.*  
*9. v. 36.*

## MEDITATIO CCXLII.

### Didagma XLVIII. Cavendum à scandalo parvolorum.

I. **Q**ui suscepere unum parvulum talem  
in nomine meo, me suscipit. Qui au-  
tem scandalizaverit unum de pusillis istis,  
qui in me credunt, expedit ei, ut suspenda-  
tur mola asinaria in collo ejus, & demerga-  
tur in profundum maris. *Matth. 18. v. 5. Et*  
*6. Marc. 9. v. 41.* Væ mundo à scandalis!  
Necesse est enim, ut veniant scandala: ve-  
rum tamen vae homini illi, per quem scan-  
dalum venit. *Matth. 18. v. 7.*

II. Si autem manus tua , vel pes tuus scandalizat te , abscinde eum , & proijce abs te ; bonū tibi est ad vitam ingredi debilem , vel claudum , quād duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum .  
*Matth. 18. v. 8.* ire in gehennam , in ignem inextinguibilem : ubi vermis eorum non moritur , & ignis non extinguitur . *Marc. 9. v. 42. & 43.*

III. Et si oculus tuus scandalizat te , erue eum , & proijce abs te : bonum tibi est cuim uno oculo luscum in vitam intrare , quād duos oculos habentem mitti in gehennam ignis : ubi vermis eorum non moritur , & ignis non extinguitur . Omnis enim igne salietur , & omnis victima sale salietur .  
*Matth. 18. v. 9. Marc. 9. v. 46. 47. 48.*

IV. Videte , ne contemnatis unum ex his pusillis : dico enim vobis , quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei , qui in cælis est . *Matth. 18. v. 10.*

### MEDITATIO CCXLIII.

#### *Didagma XLIX. De correptione fraterna.*

I. **S**i peccaverit in te frater tuus , vade , & corripe eum inter te & ipsum solum .

Si

D. N. IESV CHRISTI. 225

Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

Matth. 18. v. 15.

II. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium ster omne verbum.

Matth. 18. v. 16.

III. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Matth.

18. v. 17.

## MEDITATIO CCXLIV.

Didagma L. De castitate, quam  
suadet Christus.

I. **D**icunt Iesu discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

Matth. 19. v. 10. & 11.

II. Sunt enim eunuchi, qui de matre utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus. Matth. 19. v. 12.

III. Et sunt eunuchi, qui seipsostraverunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat. Matth. 19. v. 12.

## MEDITATIO CCXLV.

*Didagma L I. Divites difficulter  
salvari.*

I. Iesus dixit discipulis suis : Amen dico vobis , quia dives difficile intrabit in regnum cælorum. *Matth. 19. v. 23.* Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt ! *Marc. 10. v. 23. Luc. 18. v. 24.* Discipuli autem obstupescabant in verbis ejus. At Iesus rursus respondens , ait illis : Filioli, quam difficile est , confidentes in pecunijs in regnum Dei introire ! *Marc. 10. v. 24.* Et iterum dico vobis : Facilius est, camelum per foramen acūs transire, quam divitem intrare in regnum cælorum. *Matth. 19. v. 24. Marc. 10. v. 25. Luc. 18. v. 25.*

II. Auditis autem his , discipuli mirabantur valde , dicentes , *Matth. 19. v. 25.* ad semetipsos : Et quis potest salvus fieri ? *Marc. 10. v. 26. Luc. 18. v. 26.*

III. Aspiciens autem ( illos , *Marc. 10. v. 27.* ) Iesus , dixit illis : Apud homines hoc impossibile est : *Matth. 19. v. 26.* sed non apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud Deum. *Marc. 10. v. 27.* Quæ impossibilia sunt apud homines , possibilia sunt apud Deum. *Luc. 18. v. 27.*

ME

## MEDITATIO CCXLVI.

*Didagma LII. Primum eorum, qui,  
omnibus relictis, Christum se-  
quuntur.*

I. **T**unc respondens Petrus, dixit ei: Ecce  
nos reliquimus omnia, & secuti sumus  
te: quid ergo erit nobis? *Matth. 19. v. 27.  
Marc. 10. v. 28. Luc. 18. v. 28.*

II. Iesus autem dixit illis: Amen dico  
vobis, quod vos, qui secuti estis me, in rege-  
neratione, cum sederit filius hominis in se-  
de maiestatis suæ, sedebitis & vos super se-  
des duodecim, judicantes duodecim tribus  
Israël. *Matth. 19. v. 28.*

III. Et omnis, qui reliquerit domum,,  
vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut ma-  
tré, aut uxorē, aut filios, aut agros propter  
nomen meū, (propter me, & propter Evan-  
geliū, *Marc. 10. v. 29.* propter regnū Dei,  
*Luc. 18. v. 19.*) centuplū accipiet, & vitā æ-  
ternā possidebit. *Matth. 19. v. 29.* Nemo est,  
qui non accipiat centies tantū, nunc in tem-  
pore hoc, domos, & fratres, & sorores, &  
matres, & filios, & agros, cum persecutioni-  
bus; & in sæculo futuro, vitam æternam.  
*Marc. 10. v. 29. & 30.* Multi autem erunt  
primi, novissimi: & novissimi, primi. *Matth.*  
*19. v. 30. Marc. 10. v. 31.*

M E-

## MEDITATIO CCXLVII.

*Didagma LIII. Adhortatio ad  
Submissionem.*

I. **A**videntes decem, coeperunt indignari de Iacobo, & Ioanne, (petentibus, ut sedeat unus ad dexteram, alter ad sinistram in regno Christi.) Iesus autem vocans eos (ad se, Matth. 20. v. 25.) ait illis: Scitis, quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis: Marc. 10. v. 41. & 42. & qui majores sunt, (principes eorum, Marc. 10. v. 42.) potestatem exercent in eos. Matth. 20. v. 25.

II. Non ita erit inter vos; sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Matth. 20. Vers. 26. & 27. erit omnium servus. Marc. 10. Vers. 44.

III. Nam & filius hominis non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. Marc. 10. v. 45. Matth. 20. v. 28. Qui se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur. Matth. 23. v. 12.

ME-

LVII.  
ad  
dignari  
ntibus,  
ad fin  
vocans  
illis  
ri gen  
41. &  
orum,  
ent in  
nicum  
vester  
primus  
s. 26.  
10.  
nit, ut  
& daret  
nultis.  
Qui se  
milia  
III.  
E.

## MEDITATIO CCXLVIII.

### Didagma LIV. Detributo Cæsari pendendo.

I. **A**Beuntes Pharisæi, consilium inierunt, ut caperent Iesum in sermone. *Matth. 22. v. 15.* Et observantes, miserunt insidatores, *Luc. 20. v. 20.* quosdam ex Pharisæis, *Marc. 12. v. 13.* discipulos suos, cum Herodianis, *Matth. 22. v. 16.* qui se justos simularent, ut caperenteum in sermone, ut traderent illum principatui & potestati præsidis. *Luc. 20. v. 20.*

II. Qui venientes, *Marc. 12. v. 14.* interrogaverunt eum, dicentes: *Luc. 20. v. 21.* Magister, scimus, quia verax es, *Matth. 22. v. 16.* quia rectè dicis, & doces: *Luc. 20 v. 21.* & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum: *Matth. 22. v. 16.* nec vides in faciem hominum, sed in veritate viam Dei doces. *Marc. 12. v. 14.* Dic ergo nobis, quid tibi videtur; Licet censum dare Cæsari, an non? *Matth. 22. v. 17.* Licet nobis tributum dare Cæsari? *Luc. 20. v. 22.* an non dabimus? *Marc. 12. v. 14.*

III. Considerans autem dolum illorum,

*Luc.*

## 230 DIDAGMATA

*Luc. 20. v. 23.* & cognitâ Iesus nequitia eorum, ait: *Quid me tentatis, hypocritæ?* Ostendite mihi numisma censûs. *Matth. 22.* v. 18. 19. Asserite mihi denarium, ut videam. *Marc. 12.* v. 15. Illi obtulerunt ei denarium, & ait illis Iesus: *Cujus est imago hæc, & superscriptio?* *Matth. 22.* v. 19. ¶ 20. Dicunt ei: Cæsaris. *Matth. 22.* vers. 21. *Marc. 12.* v. 16.

IV. Respondens autem Iesus *Marc. 12.* v. 17, tunc, ait illis: Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. *Matth. 22.* v. 21. *Marc. 12.* v. 17. *Luc. 20.* v. 25. Et audientes mirati sunt. *Matth. 22.* v. 22. super eo. *Marc. 12.* v. 17. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe: & mirati in responso ejus, tacuerunt. *Luc. 20.* v. 26. &, relictio eo, abierunt. *Mate-*  
*thai 22,* v. 23.

## MEDITATIO CCXLIX.

*Didagma LV. Primum & maximum  
Legis mandatum.*

I. **P**harisei audientes, quod Iesus silentium imposuisset Sadducæis, convenerunt in unum. *Matth. 22.* v. 34. Et accessit unus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns, quoniam bene illis respon-

D. N. IESV CHRISTI. 231

sponderit, interrogavit eum, quod esset pri-  
mum omnium mandatum? *Marc. 12. v. 28.*  
Interrogavit eum unus ex eis legis doctor,  
tentans eum: Magister, quod est mandatum  
magnum in Lege? *Matth. 22. v. 35 & 36.*

II. Iesus autem respondit ei: Quia pri-  
mum omnium mandatum est: Audi Israël,  
Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et dili-  
ges Dominum Deum tuum ex toto corde  
tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente  
tua, & ex tota virtute tua. *Marc. 12. v. 39.*  
*& 30.* Hoc est maximum, & primum man-  
datum. *Matth. 22. v. 38.* Secundum autem  
simile est illi: Diliges proximum tuum tam-  
quam teipsum. Majus horum aliud manda-  
tum non est. *Marc. 12. v. 31.* In his duobus  
mandatis universa lex penderet, & prophetæ,  
*Matth. 22. v. 40.*

III. Et ait illi Scriba: Bene, Magister,  
in veritate dixisti, quia unus est Deus, & non  
est aliis præter eum. Et ut diligatur ex toto  
corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima,  
& ex tota fortitudine: & diligere proximū  
tamquam seipsum, majus est omnibus holos-  
cautomatibus, & sacrificijs. *Marc. 12. v. 31.*  
*& 33.*

IV. Iesus autem videns, quod sapienter  
respondisset, dixit illi: Non es longè à re-  
gno

232 DIDAGMATA

gno Dei. Et nemo jam audebat eum interrogare. *Marc. 12. v. 34.*

*Idem vel simile Didagma,*  
*Luca 10.*

I. Ecce quidam Legisperitus surrexit tenuans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? *Luc. 10. v. 25.*

II. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. *Luc. 10. v. 26. & 27.*

III. Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac, & vives. Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones &c. Habetur supra. *Parab. 18. Luc. 10. vers. 28, 29, 30. & seqq.*

MEDITATIO CCL.

*Didagma LVI. Obtemperandum legi mis doctoribus, et si malis.*

I. AB:

D. N. IESV CHRISTI. 231

sponderit, interrogavit eum, quod esset pri-  
mum omnium mandatum? *Marc. 12. v. 28.*  
Interrogavit eum unus ex eis legis doctor,  
tentans eum: Magister, quod est mandatum  
magnum in Lege? *Matth. 22. v. 35 & 36.*

II. Iesus autem respondit ei: Quia pri-  
mum omnium mandatum est: Audi Israël,  
Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et dili-  
ges Dominum Deum tuum ex toto corde  
tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente  
tua, & ex tota virtute tua. *Marc. 12. v. 39.*  
*& 30.* Hoc est maximum, & primum man-  
datum. *Matth. 22. v. 38.* Secundum autem  
simile est illi: Diliges proximum tuum tam-  
quam teipsum. Majus horum aliud manda-  
tum non est. *Marc. 12. v. 31.* In his duobus  
mandatis universa lex penderet, & prophetæ,  
*Matth. 22. v. 40.*

III. Et ait illi Scriba: Bene, Magister,  
in veritate dixisti, quia unus est Deus, & non  
est aliis præter eum. Et ut diligatur ex toto  
corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima,  
& ex tota fortitudine: & diligere proximū  
tamquam seipsum, majus est omnibus holos-  
cautomatibus, & sacrificijs. *Marc. 12. v. 31.*  
*& 33.*

IV. Iesus autem videns, quod sapienter  
respondisset, dixit illi: Non es longè à re-  
gno

232 DIDAGMATA

gno Dei. Et nemo jam audebat eum interrogare. *Marc. 12. v. 34.*

*Idem vel simile Didagma,*  
*Luca 10.*

I. Ecce quidam Legisperitus surrexit tenuans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? *Luc. 10. v. 25.*

II. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. *Luc. 10. v. 26. & 27.*

III. Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac, & vives. Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones &c. Habetur supra. *Parab. 18. Luc. 10. vers. 28, 29, 30. & seqq.*

MEDITATIO CCL.

*Didagma LVI. Obtemperandum legi mis doctoribus, et si malis.*

I. AB:

I. **A**udiente omni populo, dixit Iesus discipulis suis : Attendite à Scribis, *Luc.* 20. v. 45. & 46. cavete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cænis : qui devorant domos vicuarum sub obtentu prolixæ orationis : *Marc.* 12. v. 38. 39. 40. simulantes longam orationem. *Luc.* 20. v. 47. Hiacipient prolixius judicium. *Marc.* 12. v. 40. Damnationem majorem. *Luc.* 20. v. 47.

II. Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens : Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo, quæcumque dixerint vobis, servate, & facite : secundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. *Matth.* 23. v. 1. 2. 3.

III. Alligant onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum : digito autem suo nolunt ea movere. Omnia verò opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus ; dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. *Matth.*

23. v. 4. & 5.

205 (234.) 100

VITÆ  
D. N. JESU  
CHRISTI

Monotessaron Evangelicum.

P A R S VI.

*De sacratissima Passione D. N.  
IESV Christi.*

ADHORTATIO.

Apud Altissimum sit cogitatio tua , & deprecatio tua ad Christum , sine remissione dirigatur. Si nescis speculari alta & cælestia, requiesce in Passione Christi : & in sacris vulneribus ejus , libenter habita. Si enim ad vulnera , & pretiosa stigmata Iesu devote configis, magnam in tribulatione confortationem senties : nec multum curabis hominum despectiones , faciliterque verba detrahentia perferes. Thomas a Kempis lib. 2. de Imitatione Christi cap. 1. §. 4.

ME-

PASSIO D. N. IESV CHRI. 235

## MEDITATIO CCLI.

*Passio D. N. IESV Christi matris  
ipsius à Simeone predicitur.*

I. **I**N illo tempore erant Ioseph, & MARIA mater Iesu, mirantes super his, quæ dicebantur de illo. *Ecclesia in Evangel. Dominicæ infra Octav. Nativit. Domini, pannillo aliter, quam S. Lucas. cap. 2. v. 33.*

II. **E**t benedixit illis Simeon, & dixit ad MARIAM matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Istaël; & in signum, cui contradicetur. *Luc. 2. v. 34.*

III. **E**t tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reveleantur ex multis cordibus cogitationes. *Luc. 2. v. 35.*

## MEDITATIO CCLII.

*Christus mortem & resurrectionem suam predicit Iudeis.*

I. **I**удæi dixerunt Iesu, (cùm ejecisset è templo vendentes:) Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. *Ioan. 2. vers. 18, 19.*

II. Di-

**I I.** Dixerunt ergo Iudæi : Quadragesima  
& sex annis ædificatum est templum hoc , &  
tu in tribus diebus excitabis illud ? *Ioan. 2.*  
*vers. 20.*

**I I I.** Ille autem dicebat de templo corpo-  
ris sui. Cùm ergo resurrexisset à mortuis,  
recordati sunt discipuli ejus , quia hoc dice-  
bat , & crediderunt Scripturæ , & sermoni ,  
quem dixit Iesus. *Ioan. 2. v. 21. & 22.*

## MEDITATIO CCLIII.

*Christus de sui, serpentis instar anei, ex-  
altatione Nicodemum edocet.*

**I.** **S**icut Moyses exaltavit serpentinam in de-  
serto ; ita exaltari oportet Filium homi-  
nis : ut omnis, qui credit in ipsum, non per-  
eat, sed habeat vitam æternam. *Ioan. 3. vers.  
14. & 15.*

**II.** Sic enim Deus dilexit mundum , ut  
Filiū suum Unigenitum daret : ut omnis ,  
qui credit in eum, non pereat, sed habeat vi-  
tam æternam. *Ioan. 3. v. 16.*

**III.** Non enim misit Deus Filium suum  
in mundum , ut judicet mundum, sed ut sal-  
vetur mundus per ipsum. *Ioan. 3. v. 17.*

## MEDITATIO CCLIV.

*Christum passurum comprehendere ne-  
mo potest ante tempus præfinitum.*

I. **D**icebant quidam ex Ierosolymis : Nónne hic est , quem quærunt inter-  
ficere ? Et ecce , palam loquitur , & nihil ei  
dicunt . Numquid verè cognoverunt prin-  
cipes , quia hic est Christus ? Sed hunc sci-  
mus , unde sit : Christus autem cùm vene-  
rit , nemo scit , unde sit . *Ioan. 7. Vers. 25.*  
*26. 27.*

II. Clamabat ergo Iesus in templo do-  
cens , & dicens : Et me scitis , & unde sim ,  
scitis : & à meipso non veni : sed est verus ,  
qui misit me , quem vos nescitis . Ego scio  
eum , quia ab ipso sum , & ipse me misit . *Ioan.*  
*7. V. 28. & 29.*

III. Quærebant ergo eum apprehende-  
re : & nemo misit in illum manus , quia non-  
dum venerat hora ejus . De turba autem  
multi crediderunt in eum , & dicebant ; Chri-  
stus cùm venerit , numquid plura signa fa-  
ciet , quàm quæ hic facit ? *Ioan. 7. Vers. 30.*  
*Et 31.*

## MEDITATIO CCLV.

*Christus evadit manus & præcipitan-  
tium , & lapidantium .*

I. Iesus venit Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit secundum consuetudinem suam die Sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ, &c. *Luc. 4. v. 16. & 17.* Et ait illis: Utique dicetis mihi: Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. *Luc. 4. v. 23. & 24.*

II. Et surrexerunt, & ejecerunt illum ex era civitatem: & duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. *Luc. 4. v. 29. 30.*

III. In illo tempore dixit Iesus turbis Iudeorum: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exivit de templo, *Ioan. 8. v. 58. & 59.*

## M E D I T A T I O C C L V I

*Christus prædictus Iudeis se exaltandum in cruce.*

I. **M**ulta habeo de vobis loqui, & judicare: sed qui me misit, verax est: & ego

D. N. IESV CHRISTI. 239

ego, quæ audivi ab eo, hæc loquor in mun-  
do. *Ioan. 8. v. 26.*

II. Et non cognoverunt, quia Patrem  
eius dicebat Deum. *Ioan. 8. v. 27.*

III. Dixit ergo eis Jesus: Cùm exalta-  
veritis Filium hominis, tunc cognoscetis,  
quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed  
sicut docuit me Pater, hæc loquor: & qui  
me misit, mecum est, & non reliquit me  
solum: quia ego, quæ placita sunt ei, facio  
semper. *Ioan. 8. v. 28. 29.*

## MEDITATIO CCLVII.

*Caiphas de morte Christi saluti-  
fera prophetat.*

I. **C**ollegerunt Pontifices & Pharisei con-  
cilium, & dicebant: Quid facimus,  
quia hic homo multa signa facit? Si dimit-  
timus eum sic, omnes credent in eum: &  
venient Romani, & tollent nostrum locum,  
& gentem. *Ioan. XI. v. 47. & 48.*

II. Unus autem ex ipsis, Caiphas nomi-  
ne, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis:  
Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia  
expedit vobis, ut unus moriatur homo pro  
populo, & non tota gens pereat. *Ioan. XI.  
v. 49. & 50.*

III Hoc

**I III.** Hoc autem à semetipso non dixit: sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quèd Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.  
*Iean. 11. v. 51. Et 52.*

**I V.** Ab illo ergo die cogitaverunt, ut interficerent eum. *Iean. 11. v. 53.*

### MEDITATIO CCLVIII.

*Christus prædictit fructum exaltationis  
sue in Cruce.*

**I.** **E**go si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat, significans, quâ morte esset moriturus. *Iean. 12. v. 32. Et 33.*

**II.** Respondit ei turba: Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis? *Iean. 12. v. 34.*

**III.** Dixit ergo eis IESUS: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, ne scit, quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Hæc locutas est

D. N. IESV CHRISTI. 241

est Jesus, & abiit, & abscondit se ab eis.  
*Ioan. 12. v. 35. Et 36.*

## MEDITATIO CCLIX.

*Christus Passionem suam prædicens increpatur à Petro: sed hic à Domino Satanus appellatur.*

I. Cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertiâ die resurgere. *Matth. 16. v. 21.* Et palam verbum loquebatur. *Marc. 8. v. 32.*

II. Er assumentis eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Absit à te, Domine: non erit tibi hoc. *Matth. 16. v. 22. Marc. 8. vers. 32.*

III. Qui conversus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: *Marc. 8. v. 33.* Vade post me, Satana, scandalum es mihi: quia non fapis ea, quæ Deisunt, sed ea, quæ hominum. *Matth. 16. vers. 23. Marc. 8. v. 33.*

## MEDITATIO CCLX.

*Moyses & Elias in Transfiguratione Christi loquuntur de ejus Passione.*

L

L Ecce

**E**cce duo viri loquebantur cum Iesu.  
Erant autem Moyses & Elias, visi in  
majestate. *Luc. 9. v. 30.* & *31.*

**I.** Et dicebant excessum ejus, quem  
completurus erat in Ierusalem. *Luc.*  
*Vers. 31.*

**II.** Descendentibus illis (*Petro, Iacob,*  
& *Ioanne*) de monte, præcepit illis, ne cui  
quam, quæ vidissent, narrarent: nisi cùm  
Iesus hominis à mortuis resurrexerit. Et ver  
bum continuerunt apud se, conquirentes  
quid esset; Cùm à mortuis resurrexerit.  
*Marc. 9. v. 8.* & *9.*

## MEDITATIO CCLXI

*Vtima Christi passuri profectio  
Hierosolymam.*

**I.** Erant autem in via ascenderentes Hiero  
solymam: & præcedebat illos Iesus,  
stupebant: & sequentes timebant. Et assu  
mens iterum duodecim, ceperit illis dicere,  
quæ essent ei eventura. *Marc. 10. v. 32.*

**II.** Et ascendens Iesus Hierosolymam  
assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait  
illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, &  
Filius hominis traderetur principibus sacer  
dotum, & scribis. *Matth. 20. v. 17.* & *18.*

D. N. IESV CHRISTI. 243

& senioribus, *Marc.* 10. *Vers.* 33. & con-  
demnabunt eum morte: *Matth.* 20. *V. 18.* &  
consummabuntur omnia, quæ scripta sunt  
per Prophetas de Filio hominis. *Evo.* 18.  
*Vers.* 31.

III. Tradent eum Gentibus ad illudendi-  
dum, & flagellandum, & crucifigendum.  
*Math.* 20. *V. 19.* Et illudent ei, & conspu-  
ent eum, & flagellabunt eum, & interficien-  
t eum: *Marc.* 10. *V. 34.* & tertiâ die resur-  
get. *Math.* 20. *V. 19.* *Marc.* 10. *V. 34.* *Luc.*  
18. *V. 33..*

IV. Et ipsi nihil horum intellexerunt,  
& erat verbum istud absconditum ab eis,  
& non intelligebant, quæ dicebantur. *Luc.*  
18. *V. 34.*

## MEDITATIO CCLXII.

*Magdalena prævenit ungere corpus  
IESV in sepulturam.*

**C**Vm Iesus esset Bethaniæ in domo Si-  
monis leprosi, & recumberet, venit  
mulier, *Marc.* 14. *V. 3.* Maria, & accepit li-  
bram unguenti nardi pistici, pretiosi, & un-  
xit pedes Iesu, & extersit pedes ejus capillis  
suis. *Ioan.* 12. *V. 3.* Accessit ad eum mulier,  
*Matth.* 26. *V. 7.* habens alabastrum unguer-  
ti nardi spicati pretiosi: & fracto alabastro,

effudit super caput ejus, *Marc.* 14. v. 3. et  
cumbentis. *Matth.* 26. v. 7. Et domus im-  
plera est ex odore unguenti. *Ioan.* 12. v. 3.

**II.** Erant autem quidam indignè ser-  
tes intra semetipsos, & dicentes : Vir qui  
perditio ista unguenti facta est? Poterat enim  
unguentum istud venumdari plus quam  
trecentis denarijs, & dari pauperibus. Il-  
lum tremebant in eam. *Marc.* 14. v. 4. &c. 5.

**III.** Iesus autem dixit : Sinire eam  
quid illi molesti estis? Bonum opus operan-  
tis in me : semper enim pauperes habent  
vobiscum ; & cum volueritis, potestis illis  
benefacere : me autem non semper habent.  
Quod habuit haec, fecit : prævenit ungere  
corpus meum in sepulturam. *Marc.* 14.  
6. 7. 8. Mitrens enim haec unguentum ho-  
bit corpus meum, ad sepeliendum me fecit  
*Matth.* 26. v. 12.

## MEDITATIO CCLXIII

*Concilium de Christo capiendo,  
& occidendo.*

**I.** Propinquabat dies festus Azymorum  
qui dicitur Pascha. *Luc.* 22. Vers. 1.  
Et Iesus dixit discipulis suis : Scitis, quia post  
hunc Pascha fieri, & filius hominis tradic-  
tur,

D. N. IESV CHRISTI. 245

4. v. 3. ut crucifigatur. Matth. 26. v. 1. & 2.  
domus in Marc. 14. v. 1.

12. v. 3. II. Tunc congregati sunt principes sa-  
ignè ferent. Vrquin-  
cerdotum, & Scribæ, & seniores populi, in-  
terat enim atrium principis sacerdotum, qui dicebatur  
Caiphas: & consilium fecerunt, ut Iesum  
us quādri-  
ribus. dolo tenerent, & occiderent. Matth. 26. v.  
4. & 5. 3. & 4. Marc. 14. v. 1. Luc. 22. v. 1.

4. & 5. III. Dicebant autem: Non in die festo-  
nire eam. ne forte tumultus fieret in populo. Matthæi  
us operan-  
res habeti-  
testis illis  
er habeti-  
it ungere  
ire. 14. v.  
entum ho-  
me fecit  
LXIII  
ndo,  
zymorū  
. Verf. 1.  
quia post  
uis trade-  
cur,

MEDITATIO CCLXIV.

De Iuda venditore Christi  
nefario.

I. Intravit autem Satanás in Iudam, qui co-  
gnominabatur Iscariotes, unum de du-  
decim. Luc. 22. v. 3. Et Iudas Iscariotes,  
unus de duodecim, abiit ad summos sacer-  
dotes, ut proderet eum illis. Marc. 14. v. 10.  
Matth. 26. v. 14.

II. Et locutus est cum principibus sacer-  
dotum, & magistratibus, quemadmodum  
illum traderet eis. Luc. 22. v. 4. Qui audi-  
entes gavisi sunt: & promiserunt ei pecu-  
niam se daturos. Marc. 14. v. 11. Et pachi-  
tur,

L 3 sunt

sunt pecuniam illi dare. *Luc.* 22. v. 5. Et ait  
illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis  
eum tradam? At illi constituerunt ei triginta  
argenteos. *Matth.* 26. v. 15.

**I**II. Iudas spopondit, & exinde quære-  
bat opportunitatem, ut traderet illum sine  
turbis. *Luc.* 22. v. 6. *Matth.* 26. v. 16. *Marc.*  
14. v. 11.

## MEDITATIO CCLXV.

*Cena Paschalis Christo à duobus dia-  
scipulis paratur.*

**I.** **V**enit dies Azymorum, in qua necesse  
erat occidi Pascha. *Luc.* 22. v. 7. Prima  
autem die Azymorum, quando Pascha im-  
molabant, accesserunt discipuli ad Iesum, di-  
centes: Quò vis eamus, & paremus tibi,  
ut manduces Pascha? *Matth.* 26. v. 17.  
*Marc.* 14. v. 12.

**I**I. Iesus mittit duos ex discipulis suis,  
Petrum & Ioannem, dicens: Eunte parate  
nobis Pascha, ut manducemus. At illi dixe-  
runt: Vbi vis paremus? & dixit ad eos: It  
in civitatem, & ecce introéuntibus vobis in  
civitatem, occurret vobis homo quidam am-  
phoram aquæ portans: sequimini eum in-  
domum, in quam intrat, & quocumque in-  
troierit, dicetis patris filias domūs: Dicit  
tibi

tibi Magister; Vbi est diversorum, ubi est refectio mea, ubi Pascha cum discipulis meis manducem? *Marc. 14. v. 13. & 14. Luc. 22. v. 8. 9. 10. 11.* Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. *Matth. 26. v. 18.* Et ipse vobis demonstrabit cænaculum grande, stratum; & illic parate nobis. *Marc. 14. v. 15. Luc. 22. v. 12.*

III. Abierunt discipuli ejus, & venerunt in civitatem: & invenerunt, sicut dixerat illis, & paraverunt Pascha. *Marc. 14. v. 16. Luc. 22. v. 13.* Vespere autem facto, & cum facta esset hora, venit cum duodecim. Discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. *Marc. 14. v. 17. Luc. 22. v. 14.*

## MEDITATIO CCLXVI.

### *De ablutione pedum Apostolis exhibita.*

**I**CENÀ factâ, cùm diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotæ; sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à DEO exivit, & ad DEUM vadit: surgit à cæna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere lin-

## 248 PASSIO

teo, quo erat praecinctus. *Ioan. 13. vers. 2. 3. 4. 5.*

**I I.** Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Jesus, & dixit ei: Quid ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus: Si non lavero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes laveret, sed est mundus totus. *Ioan. 13. v. 6. 7. 8. 9. 10.*

**I II.** Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum. Propterea dixit: Non estis mundi omnes. *Ioan. 13. v. 10. & 11.*

## MEDITATIO CCLXVII.

*Christus proditionem Iudei  
producit.*

**I.** *D*iscubentibus eis, & manducantibus, cùm hæc (qua habentur *Ioan. 13. vers. 12. usque ad vers. 21.*) dixisset Jesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

*Mare.*

D. N. IESV CHRISTI. 545

Marc. 14. v. 18. Ioan. 13. v. 21. Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis, secundum quod definitum est, vadit: verumtamen vae homini illi, per quem tradetur. Luc. 22. v. 21. & 22.  
II. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Ioan. 13. v. 22. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. Luc. 22. v. 23. Et contrastati valde, cœperunt singuli dicere: Numquid ego sum, Domine? At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: Vae autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Matth. 26. v. 22. 23.  
24. Marc. 14. v. 19. 20. 21.

III. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum, Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Matth. 26. v. 25.

MEDITATIO CCLXVIII.

SS. Eucharistia institutio.

I. **C**ænibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & co-

L 5 medi-

medite : Hoce est corpus meum. *Matth.* 26.  
v. 26. *Marc.* 14. v. 22.

II. Et accipiens calicem , gratias egit : &  
dedit illis , dicens : Bibite ex hoc omnes.  
**H**ic est enim sanguis meus novi testamenti,  
qui pro multis effundetur in remissionem  
peccatorum. *Matth.* 26. v. 27. & 28. *Marc.*  
14. v. 23. & 24.

III. Et biberunt ex illo omnes. *Marc.*  
14. v. 23. Dico autem vobis : Non bibam  
amodo de hoc genimine vitis, usque in diem  
illum, cum illud bibam vobiscum novum in  
regno Patris mei. *Matth.* 26. v. 29. *Marc.* 14.  
vers. 25.

## MEDITATIO CCLXIX.

*Christus proditionem suum manifestat  
Ioanni in cena.*

I. **E**RAT recumbens unus ex discipulis ejus  
in sinu Iesu , quem diligebat Iesus. In-  
nuit ergo huic Simon Petrus , & dixit ei :  
Quis est , de quo dicit ? Itaque cum recu-  
buisset ille supra pectus Iesu , dicit ei : Domi-  
ne , quis est ? *Ioan.* 13. v. 23. 24. 25.

II. Respondit Iesus : Ille est , cui ego in-  
tinctum panem porrexero. Et cum intin-  
xisset panem , dedit Iude Simonis Iscariotae.  
Et post buccellam , introivit in eum Saranas.

Et di-

**D. N. IESV CHRISTI.**

Et dixit ei Iesus : Quod facis, fac citius. Hoc autem ne mo scivit discubentium , ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas , quòd dixisset ei Iesus : Eme ea , quæ opus sunt nobis ad diem festum : aut egenis ut aliquid daret. *Ioan. 13.*

*9. 26. 27. 28. 29.*

III. Cùm ergo accepisset ille buccellam, exivit continuò. Erat autem nox. *Ioan. 13.*

*Vers. 30.*

**MEDITATIO CCLXX.**

*Christus trinam Petri negationem  
ter predicit.*

*Prima Prædictio.*

I. **C**um ergo exisset , dixit Iesus : Filioli , adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me : & sicut dixi Iudæis : Quò ego vado , vos non potestis venire : & vobis dico modò. Dicit ei Simon Petrus : Domine , quò vadis ? Respondit Iesus : Quò ego vado , non potes me modò sequi : sequeris autem postea. Dicit ei Petrus : Quare non possum te sequi modò ? animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus : Animam tuam pro me pones ? Amen , amen dico tibi: Non cantabit gallus , donec ter me neges. *Ioan. 13. 9. 31. 33. 36. 37. 38.*

*Sed*

*Secunda Predictio.*

**II.** Ait Dominus : Simon, Simon, ecce  
Satanas expetivit vos, ut cribrarer sicut tri-  
ticum. Ego autem rogavi pro te, ut non  
deficiat fides tua : & tu aliquando conversus  
confirmas fratres tuos. Qui dixit ei : Domi-  
ne, tecum paratus sum & in carcerem, &  
in mortem ire. At ille dixit : Dico tibi Pe-  
tre, non cantabit hodie gallus, donec  
ter abneges nosse me. *Luc. 22. v. 31. 32.  
33. 34.*

*Tertia predictio.*

**III.** Et hymno dicto, exierunt in mon-  
tem Oliveti. Tunc dicit illis Iesus : Omnes  
vos scandalum patiemini in me, in ista nocte.  
Scriptum est enim : Percutiam pastorem,  
& dispergentur oves gregis. Postquam au-  
tem resurrexero, præcedam vos in Galilæ-  
am. Respondens autem Petrus, ait illi : Et  
si omnes scandalizati fuerint in te, ego nun-  
quam scandalizabor. Ait illi Iesus : Amen  
dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus  
cantet, ter me negabis. *Matth. 26. v. 30. 31.  
32. 33. 34. Marc. 14. v. 26. 27. 28. 29.* Amé  
dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, prius  
quam gallus vocem bis dederit, ter me es  
negaturus. *Marc. 14. v. 30.* At ille amplius  
loquebatur : Et si oportuerit me simul com-  
mori

D. N. IESV CHRISTI. 253

mori tibi, non te negabo. *Marc.* 14. v. 31.  
*Matth.* 26. v. 35. Similiter & omnes disci-  
puli dixerunt. *Matth.* 26. v. 35.

MEDITATIO CCLXXI.

*De discessu Christi è canaculo  
in hortum.*

Iesus egressus ibat secundum consuetudi-  
nem in montem olivarum. Secuti sunt  
autem illum & discipuli. *Luc.* 22. v. 39.  
Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum di-  
scipulis suis trans torrentem Cedron, ubi  
erat hortus, in quem introivit ipse, & disci-  
puli ejus. Sciebat autem Iudas, qui tradebat  
eum, locum: quia frequenter Iesus conve-  
nerat illuc cum discipulis suis. *Ioan.* 18. v.  
1. ¶ 2.

II. Tunc venit Iesus cum illis in villam,  
qua dicitur Gethsemani, & dixit discipulis  
suis: Sedete hic, donec vadam illuc, &  
orem. *Matth.* 26. v. 36.

III. Et assumpto Petro, & duobus filiis  
Zebedæi, cœpit contristari, & mœstus esse.  
*Matth.* 26. v. 37. Cœpit pavere, & tædere.  
Et ait illis: Tristis est anima mea usque  
ad mortem. Sustinete hic, & vigilate, *Marc.*  
14. vers. 33. ¶ 34. mecum. *Matth.* 26. v.  
38.

254 PASSIO  
38. Orate, ne intretis in temptationem. *Lnt. 22. v. 40.*

## MEDITATIO CCLXXII.

*De oratione Christi in horto.*

I. **I**esus avulsus est ab eis, quantum iactus  
est lapidis, & positis genibus, orabat.  
*Luc. 22. v. 41.* Procidit super terram, & o-  
rabat. *Marc. 14. v. 35.* Procidit in faciem-  
suam, orans, *Matth. 26. v. 39.* ut, si fieri  
posset, transiret ab eo hora. *Marc. 14. v. 35.*

II. Et dixit: Abba, Pater, omnia tibi  
possibilia sunt, transfer calicem hunc à me.  
*Marc. 14. v. 36.* Pater mi, si possibile est,  
transferat à me calix iste. *Matth. 26. Vers. 39.*  
Pater, si vis, transfer calicem istum à me.  
*Luc. 22. v. 42.*

III. Sed non quod ego volo, sed quod tu.  
*Marc. 14. v. 36.* Verum tamen non sicut  
ego volo, sed sicut tu. *Matth. 26. v. 39.* Ve-  
rum tamen non mea voluntas, sed tua fiat.  
*Luc. 22. v. 42.*

## MEDITATIO CCLXXIII.

*De reversione Christi ad disci-  
pulos dormientes.*

I. **I**esus venit ad discipulos suos, & invenit  
eos

D. N. I E S V C H R I S T I. 258

eos dormientes. *Matth. 26. v. 40.* Et ait  
Petro : Simon, dormis ? non potuisti unâ  
horâ vigilare ? *Marc. 14. v. 37.* Et dicit Pe-  
tro : Sic ? non potuistis unâ horâ vigilare me-  
cum ? Vigilate, & orate, ut non intretis in  
tentationem. Spiritus quidem promptus est,  
caro autem infirma. *Matth. 26. v. 40.* **E** 41.  
*Marc. 14. v. 38.*

**I**I, IESUS iterum secundò abiit, & oravit,  
dicens : Pater mi, si non potest hic calix  
transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.  
*Matth. 26. v. 42.*

**III.** Et reversus, denuò invenit eos dor-  
mientes, ( erant enim oculi eorum gravati)  
& ignorabant, quid responderent ei. *Marc.*  
*14. v. 40.* Et relictis illis, iterum abiit, &  
oravit tertio, eundem sermonem dicens.  
*Matth. 26. v. 44.*

M E D I T A T I O C C L X X I V .

*D*e *t*ertia Christi oratione, & su-  
dore sanguineo.

**I**EUS factus in agonia, prolixius orabat.  
*Luc. 22. v. 43.*

**II.** Et factus est sudore ejus, sicut guttæ  
sanguinis decurrentis in terram. *Luc. 22.*  
*Vers. 44.*

**III. Ap.**

III. Apparuit autem illi Angelus de  
cælo, confortans eum. *Luc. 22. v. 43.*

## MEDITATIO CCLXXV.

### *De proditione Iudei.*

I. Siebat autem & Iudas, qui tradebat  
eum, locum: quia frequenter Iesus  
convenerat illuc cum discipulis suis. Iudas  
ergo cum accepisset cohortem, & à Pontifi-  
cibus & Phariseis ministros, venit illuc cum  
laternis, & facibus, & armis. *Ioan. 18. vers.  
2. &c. 3.*

II. Tunc Iesus venit tertio ad discipulos  
suos, & ait illis: Dormite jam, & requi-  
escite. Sufficit: venit hora. Ecce appropin-  
quavit hora, & filius hominis tradetur in  
manus peccatorum. Surgite: eamus. Ecce!  
qui me traderet, propè est. *Matth. 26. v. 45.  
& 46. Marc. 14. v. 41. & 42.*

III. Et adhuc eo loquente, ecce Iudas  
Iscariotes unus de duodecim venit; & cum  
eo turba multa, cum gladiis & fustibus, missi  
à principibus sacerdotum, & Scribis, & se-  
nioribus populi. *Matth. 26. v. 47. Marc.  
14. v. 43.* Et qui vocabatur Iudas, unus  
de duodecim, antecedebat eos, & appropin-  
quavit Iesu, ut oscularetur eum. *Luc. 22.  
vers. 47.*

IV. De-

D. N. IESV CHRISTI. 257

IV. Dederat autem traditor ejus signum eis, dicens : Quemcumque osculatus fuero, ipse est : tenete eum, & ducite caute. *Marc. 14. v. 44.* Et confestim accedens ad IESUM, dixit : Ave Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq; illi IESUS : Aniice, ad quid venisti? *Matthei 26. v. 49. 50.* Iuda, osculo filium hominis tradis? *Luc. 22. v. 48.*

MEDITATIO CCLXXVI.

*De hostibus in terram prostratis.*

I. IESUS itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis : Quem quæritis? Responderunt ei : IESUM Nazarenum. Dicit eis IESUS : Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. *Ioan. 18. v. 4. 5.*

II. Vrergo dixit eis, Ego sum : abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram *Ioan. 18. v. 6.*

III. Iterum ergo interrogavit eos ; Quem quæritis? illi autem dixerunt : IESUM Nazarenum. Respondit IESUS : Dixi vobis, quia ego sum : si ergo me quæritis, finite hos abire : ut impletetur sermo, quem dixit : Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. *Ioan. 18. v. 7. 8. 9.*

## MEDITATIO CCLXXVII.

*De vulnerato Malcho, & sanato.*

I. **V**identes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? *Luc. 22. v. 49.* Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis servum: & abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. *Ioan. 18. v. 10.*

II. Tunc ait illi Iesus: Converte gladium tuum in locum suum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? *Matth. 26. v. 52. 53. 54.* Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? *Ioan. 18. v. 11.*

III. Respondens autem Iesus, ait: Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum. *Luc. 22. v. 51.*

## MEDITATIO CCLXXVIII.

*De comprehensione Christi, & fuga discipulorum.*

I. Di-

I. **D**ixit Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed haec est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturæ Prophetarum. *Luc. 22. Vers. 52. 53. Matth. 26. V. 55. 56.*

II. Tunc accesserunt, & manus injec-  
runt in Iesum, & tenuerunt eum. *Matth. 26. V. 50.* Discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt. *Marc. 14. V. 50.*

III. Adolescens quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille rejecta sindone, nudus profugit ab eis. *Marc. 14. V. 51. 52.*

### MEDITATIO CCLXXIX.

*Christus dicitur ad Annam: mittitur ad Caipham.*

I. **C**ohors ergo, & tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligaverunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim ficer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Cai-

Caiphas , qui consilium dederat Iudeis;  
Quia expedire unum hominem mori pro populo. *Ioan.* 18. *§.* 12, 13, 14.

II. Misit eum Annas ligatum ad Caiphā Pontificem. *Ioan.* 18. *§.* 24. At illi tenentes Iesum , duxerunt ad Caiphām principem sacerdotum , ubi convenerunt omnes sacerdotes, & Scribæ, & seniores. *Matth.* 26. *§.* 57. *Marc.* 14. *§.* 53.

III. Petrus sequebatur eum à longè, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem. *Matth.* 26. *§.* 58. Sedebat cum ministris ad ignem , & calefaciebat se. *Marc.* 14. *§.* 54. Plura de hoc infra Meditat. 283.

## MEDITATIO CCLXXX.

*De responsione data Caiphae,*

*accepta alapa.*

I. **P**ontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis suis , & de doctrina ejus. Respondit ei Iesus : Ego palam locutus sum in mundo : ego semper docui in Synagoga , & in templo , quò omnes Iudei conveniunt : & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas ? interroga eos , qui audierunt , quid locutus sim ipsis. Ecce hi sciunt , quæ dixerim ego. *Ioan.* 18. *§.* 19, 20, 21.

II. Hæc

D. N. IESV CHRISTI. 265

II. Hæc autem cùm dixisset, unus assi-  
stens ministrorum dedit alapam IESU, di-  
cens : Sic respondes Pontifici ? *Ioan. 18.*  
*Vers. 22.*

III. Respondit ei IESUS : Si male locutus  
sum, testimonium perhibe de malo : si au-  
tem bene, quid me cædis ? *Ioan. 18. V. 23.*

MEDITATIO CCLXXXI.

*De falsis testimonijs contra  
I E S V M.*

I. PRincipes autem sacerdotium, & omne  
concilium, quærebant falso testimonio  
nium contra IESUM, ut eum morti traderent.  
Et non invenerunt, cùm multi falsi testes ac-  
cessissent. *Matth. 26. V. 59. 60.* Multi testi-  
monium falso dicebant adversus eum : &  
convenientia testimonia non erant. *Marc.*  
*14. Vers. 56.*

II. Novissimè autem venerunt duo falsi  
testes, & dixerunt : Hic dixit ; Possum de-  
struere templum DEI, & post triduum reæ-  
dificare illud. *Matth. 26. V. 60. 61.* Quoni-  
am nos audivimus eum dicentem : Ego dis-  
olvam templum hoc manu factum, & per  
triduum aliud non manu factum ædificabo.  
*Marc. 15. V. 58.* Et non erat conveniens te-  
stimonium illorum. *Ibid. V. 59.*

III. Et

III. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur? *Matth. 26. v. 62.* Exsurgens summus sacerdos in medium, interrogavit IESUM, dicens: Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. *Marc. 14. v. 60. & 61.*

## MEDITATIO CCLXXXII.

*Adjuratio, Blasphemia, Colaphis,  
Alapæ, Spuma.*

I. **R**ursum summus sacerdos interrogarat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti? *Marc. 14. v. 61.* Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. *Matth. 26. v. 63.* Dicit illi IESUS: Tu dixisti. *Matth. 26. v. 64.* Ego. *Marc. 14. v. 62.* Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. *Matth. 26. v. 64.*

II. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam: Quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis. *Matth.*

D. N. IESV CHRISTI. 263

Matth. 26. v. 65. 66. Omnes condemnar-  
verunt eum esse reum mortis. Marc. 14.  
vers. 64.

III. Et viri, qui tenebant illum, illude-  
bantei, cädentes. Luc. 23. v. 63. Tunc  
exspuerunt in faciem ejus, & colaphis eum  
ceciderunt, alij autem palmas in faciem ejus  
dederunt. Matth. 26. v. 67. Et velaverunt  
eum, (faciem ejus, Marc. 14. v. 65.) & per-  
cutiebant faciem ejus, & interrogabant eum,  
dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis  
est, qui te percussit? Matth. 26. v. 68. Luc.  
22. v. 64. Et alia multa blasphemantes di-  
cebant in eum. Luc. 22. v. 65.

## MEDITATIO CCLXXXIII.

### De prima Petri negatione.

I. **S**equebatur autem Iesum Simon Petrus,  
& aliis discipulus. Discipulus autem  
ille erat notus pontifici, & introivit cum Ie-  
su in atrium pontificis. Petrus autem sta-  
bat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus  
alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostia-  
riae, & introduxit Petrum. Ioan. 18. vers.  
15. 16.

II. Accenso autem igne in medio atrij,  
& circumsedentibus illis (ministris) erat Pe-  
trus

Petrus in medio eorum. *Luc. 22. v. 55.* Pe-  
trus verò sedebat foris in atrio. *Matth. 26.*  
*vers. 69.*

I II. Cùm esset Petrus in atrio deorsum,  
venit una ex ancillis summi sacerdotis, ( an-  
cilla ostiaria, *Ioan. 18. v. 17.* ) & cùm vi-  
disset Petrū, *Marc. 14. v. 66. & 67.* sedenit  
ad lumen, *Luc. 22. v. 56.* & calefacientem se,  
*Marc. 14. v. 67.* & eum fuisse intuita, di-  
xit: Et hic cū illo erat. *Luc. 22. v. 56.* Acce-  
dit ad eū una ancilla, dicens: Et tu cum Iesu  
Galilæo, Nazareno eras. *Matth. 26. v. 69.*  
*Marc. 14. v. 67.* Numquid & tu ex disci-  
pulis es hominis istius? *Ioan. 18. v. 17.*

I V. At ille negavit coram omnibus, di-  
cens: Nescio, quid dicis. *Matth. 26. v. 71.*  
At ille negavit, dicens: Neque scio, neque  
novi, quid dicas. *Marc. 14. v. 68.* At ille  
negavit eum, dicens: Mulier, non novi  
illum. *Luc. 22. v. 57.* Dicit ille: Non sum.  
*Ioan. 18. v. 17.* nimirum ex discipulis ho-  
minis istius. Et exiit foras ante atrium, &  
gallus cantavit. *Marc. 14. v. 68.*

## MEDITATIO CCLXXXIV.

*De secunda & tertia Petri negatione,  
ejusdemque pœnitentia.*

I. **E**xunte autem illo januam, vidit eum  
alia

alia ancilla, & ait his, qui erant ibi: Et hic erat cum IESU Nazareno. *Matth.* 26. v. 71. Stabant autem servi, & ministri ad prunas, quia frigus erat, calefaciebant se: erat autem cum eis Petrus stans, & calefaciens se. *Ioan.* 13. v. 18. Et post pusillum aliis videntes eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O homo, non sum. *Luc.* 22. v. 58. Et iterum negavit cum juramento; Quia non novi hominem. *Matth.* 26. v. 72.

II. Et intervallo facto quasi horæ unius, aliis quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat; nam & Galilæus est. *Luc.* 22. v. 59. Accesserunt, qui stabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es; nam & Galilæus es, & loquela tua manifestum reficit. *Matth.* 26. v. 73. *Marc.* 14. v. 70. Dicit ei unus ex servis Pontificis, cognatus ejus, cuius abscedit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? *Ioan.* 18. v. 26. Erat Petrus: Homo, nescio quid dicis. *Luc.* 22. v. 60. Tunc cœpit detestari & jurare, quia non novisset hominem. *Matth.* 26. v. 74. Cœpit anathematizare, & jurare; Quia nescio hominem istum, quem dicitis. Et statim gallus iterum cantavit. *Marc.* 14. v. 71. Continuò, adhuc illo loquente, cantavit gallus. *Luc.* 22. v. 60.

III. Conversus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. *Luc. 22. v. 61.*  
*Marc. 14. v. 72.* Et egressus foras Petrus flevit amare. *Luc. 22. v. 62.* *Matth. 26. v. 75.*

## MEDITATIO CCLXXXV.

*IESVS à concilio damnatus ducitur ad Pilatum.*

I. **U**t factus est dies, convenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimitteris. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. *Luc. 22. v. 66. 67. 68. 69.*

II. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus de ore ejus. *Luc. 22. v. 70. 71.*

III. Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. *Luc. 23. vers. 1.* Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. *Ian. 18. v. 28.* Et vincitum adduxerunt cum,

D. N. IESV CHRISTI. 267

eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.  
Matth. 27. v. 2. Erat autem manè : & ipsi  
non introierunt in prætorium, ut non con-  
taminarentur, sed ut manducarent Pascha.  
Ivan. 18. v. 28.

pexit Pe-  
bi Domi-  
m gallus  
z. v. 61.  
etrus fle-  
26. v. 75.

## XXV. MEDITATIO CCLXXXVI.

ducitur

*De suspendio Iudee.*

I. Vnc videns Iudas, qui eum tradidit,  
int senio-  
lotum, &  
lium suū,  
pis. Et ait  
s mihi: si  
ndebitis  
utem erit  
ratis Dei  
Tu ergo  
quia ego  
c deside-  
divimus  
lo eorū,  
. Vers. I.  
ætoriū,  
kerunt.  
cum,

quòd damnatus esset ; poenitentiā du-  
stus, retulit triginta argenteos principibus  
acerdotum, & senioribus, dicens : Peccavi,  
tradens sanguinem justum. Matth. 27. v.  
1. § 4.

II. At illi dixerunt : Quid ad nos ? tu vi-  
uteris. Matth. 27. v. 4.

III. Et Iudas projectis argenteis in tem-  
plo, recessit : & abiens laqueo se suspendit.  
Matth. 27. v. 5. Et suspensus crepuit me-  
dius : & diffusa sunt omnia viscera ejus. Act.  
1. v. 18.

## MEDITATIO CCLXXXVII.

*De agro figuli empto.*

Principes autem sacerdotum, acceptis  
argenteis, dixerunt : Non licet eos mit-

M 2 tere

tere in corbonam , quia pretium sanguinis  
est. *Matth. 27. 6. 6.*

**I I.** Consilio autem inito , emerunt ex  
illis agrum figuli , in sepulturam peregrino-  
rum. Propter hoc vocatus est ager ille , Ha-  
celdama , hoc est , ager sanguinis , usque in  
hodiernum diem. *Matth. 27. 6. 7. & 8.*

**I II.** Tunc impletum est , quod dictum  
est per Ieremiam Prophetam dicentem : E-  
— acceperunt triginta argenteos pretium ap-  
pretiati , quem appretiaverunt à filiis Israël  
& dederunt eos in agrum figuli , sicut con-  
stituit mihi Dominus. *Matth. 27. 6. 9. 10.*

## MEDITATIO CCLXXXVIII

*Repetitio de Iuda , ex Actis  
Apostolorum.*

**I.** IN diebus illis exurgens Petrus in me-  
fratrum , dixit : Viri fratres , oportet in-  
pleri Scripturam , quam prædixit Spiritu  
sanctus per os David de Iuda , qui fuit du-  
corum , qui comprehenderunt IESUM : qui  
connumeratus erat in nobis , & sortitus e-  
sortem ministerij hujus . *S. Luc. Acto. c. 1*  
*Vers. 16. 17.*

**II.** Et hic quidem possedit agrum de me-  
cede iniquitatis , & suspensus crepuit me-  
dius : & diffusa sunt omnia viscera ejus . *E*  
*notum*

notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum Haceldama, hoc est, ager sanguinis.

Vers. 18. Et 19.

III. Scriptum est enim in libro Psalmorū: Fiat commutatio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & episcopatum ejus accipiat alter. Vers. 20.

## MEDITATIO CCLXXXIX.

*Accusatur Dominus coram Pilato  
de tribus.*

I. Adducunt Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem manè, & ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? *Ioan. 18. v. 28. 29.*

II. Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo Iesu impleretur, quem dixit, (NB. Tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum,

& crucifigendum. *Matth. 20. v. 19.*) significans, quâ morte esset moriturus. *Ioan. 18. v. 30. 31. 32.*

III. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: 1. Hunc invenimus subvertentem gentem nostram. 2. & prohibentem tributum dari Cæsari. 3. & dicentem, se Christum regem esse. *Luc. 23. v. 2.*

## M E D I T A T I O C C X C .

### *Examen de regno Christi.*

I. Introivit iterum in prætorium Pilatus, & vocavit IESUM. *Ioan. 18. v. 33.* IESUS autem stetit ante præsidem, & interrogavit eum præses, dicens: Tu es Rex Iudæorum? Dicit illi IESUS: Tu dicis. A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? *Matth. 27. v. 11. Marc. 14. v. 2. Luc. 23. v. 3. Ioan. 18. vers. 34.*

II. Respondit Pilatus: Numquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices traherunt te mihi. Quid fecisti? Respondit IESUS: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traherer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. *Ioan. 18. v. 35. 36.*

III. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu?

D. N. IESV CHRISTI. 271

tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Iudeos, & dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam. *Ioan. 18. v. 37. 38.*

XC. MEDITATIO CCXCI.

*Christus vehementius accusatus tacet,  
Et ad Herodem mittitur.*

I. **A**it autem Pilatus ad principes sacerdotum, & turbas: Nihil invenio causae in hoc homine. At illi invalescebant, dicentes: Commovet populum docens per universam Iudeam, incipiens a Galilaea usque huc. *Luc. 23. v. 4. Et 5.*

II. Etcum accusaretur a principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit. *Matth. 27. v. 12.* Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. *Marc. 15. v. 3.* Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta adversum te dicunt testimonia? *Matth. 27. v. 13.* Pilatus autem rursum interrogavit eum, dicens: Non responde quidquam? vide, in quantis te accusant? *Marc. 15. v. 4.* Et non

M. 4. respon-

respondit ei ad ullum verbum , ita ut miratur præses vchementer. *Matth. 27. v. 14.*

III. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit, si homo Galilæus esset. Et ut cognovit, quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. *Luc. 23. v. 6. & 7.*

## MEDITATIO CCXII.

*Gesta in domo Herodis.*

I. **H**erodes viso Iesu , gavisus est valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum , eò quòd audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. *Luc. 23. v. 8.*

II. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Strabant autem principes sacerdotum , & Scribæ , constanter accusantes eum. *Luc. 23. Vers. 9. 10.*

III. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo : & illusit indutum ueste albâ, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die : nam antea inimici erant ad invicem. *Luc. 23. Vers. 11. & 12.*

ME-

## MEDITATIO CCXCIII.

*Pilatus Christum innocentem  
declarat.*

I. Pilatus convocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos : Obtulisti mihi hunc hominem , quasi avertentem populum , & ecce ego coram vobis interrogans , nullam caussam invenio in homine isto ex his , in quibus eum accusatis. *Luc. 23. v. 13. 14.*

II. Sed neque Herodes : nam remisi vos ad illum , & ecce nihil dignum morte actum est ei. *Luc. 23. v. 15.*

III. Emendatum ergo illum dimittam.  
*Luc. 23. v. 16.*

## MEDITATIO CCXCIV.

*De Barabba latrone , qui populo propositus cum Christo.*

I. Per diem autem festum solemnem consueverat præses populo dimittere unū ex vinclis, quemcumq; petiissent. *Marc. 15. v. 6. Matth. 27. v. 15.* Necesse habebat dimittere eis per diem festum, unum. *Luc. 23. v. 17.* Habebat autem tunc vinclum in M 5 signem,

signem, qui dicebatur Barabbas. *Matth. 27.*  
*¶. 16.* Qui cum seditionis erat vincitus, qui  
in seditione fecerat homicidium. *Marc. 15.*  
*Vers. 7.*

I I. Et cum ascendisset turba, coepit ro-  
gare, sicut semper faciebat illis. *Marc. 15. ¶.*  
*8.* Est consuetudo vobis, ut unum dimit-  
tam vobis in Pascha. Quem vultis dimittam  
vobis; Barabbam, an Iesum, qui dicitur  
**Christus?** Vultis, dimittam vobis regem  
Iudeorum? Sciebat enim, quod per invidi-  
am tradidissent eum summi sacerdotes. *Ioan.*  
*18. ¶. 39.* *Matth. 27. ¶. 17.* *¶. 18.* *Marc.*  
*15. ¶. 9.* *¶. 10.*

I II. Sedente autem illo pro tribunalis,  
misit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi,  
& justo illi; multa enim passa sum hodie per-  
visum, propter eum. *Matth. 27.* *Vers. 19.*  
Principes autem sacerdotum, & seniores  
persuaserunt populis, ut peterent Barabbam,  
Iesum vero perderent. *Matth. 27.* *Vers. 20.*  
Pontifices concitaverunt turbam, ut magis  
Barabbam dimitteret eis. *Marc. 15. ¶. 11.*

I V. Exclamavit autem simul universa  
turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis  
Barabbam, qui erat propter seditionem quan-  
dam factam in civitate, & homicidium, mis-  
sus in carcerem. *Luc. 23. ¶. 18.* *19.*

MEDITATIO CCXCV.

*De Barabba latrone, qui à populo  
praeponitus Christo.*

I. Terum autem Pilatus locutus est ad eos,  
volens dimittere IESUM. *Luc. 23. v. 20.*  
Quem vultis vobis de duobus dimitti? *Mat-*  
*thae 27. v. 21.* Clamaverunt ergo rursum  
omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam.  
*Ioan. 18. v. 40.* Dicit illis Pilatus: Quid  
igitur faciam de IESU, qui dicitur Christus?  
Dicunt omnes: Crucifigatur. *Matth. 27.*  
*v. 22.* Succlamabant dicentes: Crucifice,  
crucifice eum. *Luc. 23. v. 21.*

II. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid  
enim mali fecit iste? nullam caussam mortis  
invenio in eo: corripiam ergo illum, & di-  
mitram. At illi instabant vocibus magnis,  
postulantes, ut crucifigeretur; & invalese-  
bant voces eorum. *Luc. 23. v. 22, 23.*

III. Et Pilatus adjudicavit fieri petizio-  
nem eorum. *Luc. 23. v. 21.* Tunc dimisit  
illis Barabbam. *Matth. 27. v. 26.*

MEDITATIO CCXCVI.

*De flagellatione Christi.*

I. Pilatus volens populo satisfacere, dimi-  
sic

sit illis Barabbam, *Marc.* 15. v. 15. Eum, qui propter homicidium & seditionem mis-  
sus fuerat in carcerem, quem petebant. *Luc.*  
*23. Verf. 25.*

II. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ie-  
sum, & flagellavit. *Ioan.* 19. v. 1.

III. Iesum flagellatum tradidit eis, ut  
crucifigeretur. *Matth.* 27. v. 16. Iesum  
tradidit voluntati eorum. *Luc.* 23. v. 25.

## MEDITATIO CCXCVII.

### *De coronatione Christi.*

I. **T**unc milites præsidis suscipientes Ie-  
sum in prætorium, duxerunt eum in  
atrium prætorij, & congregaverunt ad eum  
universam cohortem: & exuentes eum,  
chlamydem coccineam circumdederunt ei.  
*Matth.* 27. v. 27. 28. *Marc.* 15. v. 26.

II. Et plectentes coronam de spinis, po-  
suerunt super caput ejus, & arundinem in-  
dextera ejus. *Matth.* 27. v. 29.

III. Et veniebant ad eum, & dicebant:  
Ave Rex Iudæorum. *Ioan.* 19. v. 3. Et ge-  
nuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes:  
Ave Rex Iudæorum. *Matth.* 27. v. 29. Et  
dabant ei alapas. *Ioan.* 19. v. 3.

IV. Et expuentes in eum, acceperunt  
arun-

D. N. IESV CHRISTI. 279  
arundinem, & percutiebant caput ejus, Mat-  
thaei 27. v. 30.

## MEDITATIO CCXCVIII. ECCE HOMO.

I. Exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis : Ecce adduco vobis eum foras, ut co-  
gnoscatis, quia nullam invenio in eo cauf-  
sam. *Ioan. 19. v. 4.*

II. Exiuit ergo Iesus portans coronam  
spineam, & purpuream vestimentum. Et  
dicit eis : ECCE HOMO. *Ioan. 19. v. 5.*

III. Cum ergo vidissent eum Pontifices,  
& ministri, clamabant, dicentes : Crucifige,  
crucifige eum. Dicit eis Pilatus : Accipite  
eum vos, & crucifigite : Ego enim non in-  
venio in eo caussam. Responderunt ei Iu-  
dæi : Nos legem habemus, & secundum le-  
gem debet mori, quia filium Dei se fecit..  
Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem,  
magis timuit. *Ioan. 19. v. 6. 7. 8.*

## MEDITATIO CCXCIX.

Interrogat IESVM Pilatus, & iterum  
pro tribunali sedet.

I. Pilatus ingressus est prætorium iterum,  
& dixit ad Iesum : Vnde es tu? Iesus  
au-

autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit IESUS: Non haberet potestatem adversus me ullā, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.  
*Ioan. 19. v. 9. 10. 11.*

II. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsar. Omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari. *Ioan. 19. v. 12.*

III. Pilatus autem cùm audisset hos sermones, adduxit foras IESUM, & seddit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha. *Ioan. 19. v. 13.*

## MEDITATIO CCC.

### *De sententia Pilati in Christum.*

I. Erat autem parvæ Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Pilatus Iudæis: Ecce Rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum, *Ioan. 19. v. 14. Et 15.*

II. Diciteis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habe-

D. N. IESV CHRISTI. 279

Habemus regem, nisi Cæsarem. *Ioan. 19.*  
Vers. 15.

III. Videns Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret; acceptâ aquâ, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine justi hujus. Vos videritis. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. *Matth. 27. v. 24. &c. 25.* Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. *Ioan. 19. v. 16.*

## MEDITATIO CCCI.

*IESVS cruce onustus educitur in  
Calvariae locum.*

I. Postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum, ut crucifigerentur. *Matth. 27. v. 31. Marc. 15. v. 20.*

II. Et bajulans sibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum, Hebraicè autem Gólgota. *Ioan. 19. v. 17.*

III. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, *Matth. 27. v. 32.* venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi. *Marc. 15. v. 21.* Hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus. *Matth. 27. v. 32.* Apprehenderunt Simonem, & impo-

imposuerunt illi crucem portare post Iesum.  
*Luc. 23. v. 26.*

## MEDITATIO CCCII.

*Occurrunt in via flentes  
mulieres.*

I. **S**equebatur illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. *Luc. 23. v. 27.*

II. Conversus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatae steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; & collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fieri? *Luc. 23. v. 28, 29, 30, 31.*

III. Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur. *Luc. 23. v. 32.*

## MEDITATIO CCCIII.

*Christus inter duos latrones  
crucifigitur.*

I. **E**t venerunt in locum, qui dicitur Golgotha,

IESUM  
III.  
ouli, &  
amen-  
is, di-  
er me,  
ios ve-  
quibus  
ui non  
erunt.  
adite  
Quia  
o quid  
io ne-  
c. 23.  
  
D. N. IESV CHRISTI. 281

gotha, quod est Calvariæ locus. *Matth. 27.*  
v. 33. *Marc. 15.* v. 22. Et dabant ei bibere  
myrratum vinum: & non accepit. *Marc.*  
*15.* v. 23. Et dederunt ei vinum bibere cum  
felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibe-  
re. *Matth. 27.* vers. 34.

II. Postquam venerunt in locum, qui  
vocatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum, &  
latrones: unum à dextris, & alterum à sini-  
stris. *Luc. 23.* v. 33. Crucifixerunt eum.,  
& cum eo alios duos, hinc & hinc, medium  
autem IESUM. *Ioan. 19.* v. 18. Erat autem  
hora tertia: & crucifixerunt eum. *Marc. 15.*  
v. 25. Et impleta est Scriptura, quæ dicit.:  
Et cum inquis reputatus est. *Marc. 15.*  
vers. 28.

III. Iesus autem dicebat: Pater, di-  
mitte illis: non enim sciunt, quid faciunt.  
*Luc. 23.* v. 34.

## MEDITATIO CCCIV.

*De divisione vestimentorum  
Christi.*

III.  
r Gol-  
tha,  
  
I. **M**ilites ergo cum crucifixissent eum.,  
acceperunt vestimenta ejus, (& fe-  
cerunt quatuor partes : unicuique militi  
partem) & tunicam. *Ioan. 19.* v. 23.

II. Erat autem tunica inconsutilis, desu-  
per

per contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit. Ut scriptura impletetur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem.  
*Ioan. 19. v. 23. 24.*

III. Et milites quidem hæc fecerunt.  
*Ioan. 19. v. 24.* Et sedentes servabant eum.  
*Matth. 27. v. 36.*

## MEDITATIO CCCV.

### *De titulo Crucis.*

I. **S**cripsit & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum: IESUS NAZARENUS REX IUDÆORUM. *Ioan. 19. v. 19.*

II. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. *Ioan. 19. v. 20.*

III. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere, REX IUDÆORUM; sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus; Quod scripsi, scripsi. *Ioan. 19. v. 21. 22.*

## MEDITATIO CCCVI.

*Christus crucifixus irridetur, &  
blasphematur.*

I. Prætereuntes blasphemabant eum monentes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo illud redificas: salya temetipsum: si filius Deus es, descende de cruce. *Matth. 27. v. 39. 40.*

II. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dicebant: Alios salvos fecit, seipsum non potest salvū facere: si rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia filius Dei sum. *Matth. 27. v. 41. 42. 43.*

III. Illudebant ei & milites accedentes, & acerum offerentes ei, & dicentes: Si tu es rex Iudæorum, salvum te fac. *Luc. 23. v. 36. 37.*

IV. Idipsum & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. *Matth. 27. v. 44.* Et qui cum eo crucifixi erant, conviciabantur ei. *Marc. 15. v. 32.*

## MEDITATIO CCCVII.

*De conversione alterius latronis.*

I. Vnus

I. **U**nus de his, qui pendebant, latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac temetipsum, & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem justè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. *Luc. 23. v. 39. 40. 41.*

II. Et dicebat ad Iesum: Domine, me mento mei, cùm veneris in regnum tuum. *Luc. 23. v. 42.*

III. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: Hodie tecum eris in paradyso. *Luc. 23. vers. 43.*

### MEDITATIO CCCVIII.

*Christus è cruce Matrem, & discipulum alloquitur.*

I. **S**tabant juxta crucem Iesu mater ejus, & soror matris ejus Maria Cleophae, & Maria Magdalene. *Ioan. 19. v. 25.*

II. Cùm vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. *Ioan. 19. vers. 26.*

III. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. *Ioan. 19. v. 27.*

D. N. IESV CHRISTI. 285

## MEDITATIO CCCIX.

*Christus se à Patre derelictum  
clamat.*

I. **E**rat autem ferè hora sexta : & obscura-  
tus est sol. *Luc. 23. v. 44. & 45.* A  
sexta autem hora tenebræ factæ sunt super  
universam terram , usque ad horam nonam.  
*Matth. 27. v. 45. Marc. 15. v. 33. Luc. 23.*  
*Vers. 44.*

II. Et circa horam nonam clamavit Ie-  
sus voce magnâ , dicens : Eli , Eli , lamma  
sabacthani ? hoc est : Deus meus , Deus me-  
us , ut quid dereliquisti me? *Matth. 27. Vers.*  
*46. Marc. 15. v. 34.*

III. Quidam autem illic stantes , & au-  
dientes , dicebant : Eliam vocat iste . *Matth.*  
*27. v. 47. Marc. 15. v. 35.*

## MEDITATIO CCCX.

*Christus sitiens potatur aceto.*

I. **P**oste sciens I e s u s , quia omnia con-  
summata sunt , ut consummaretur Scri-  
ptura , dixit : Sitio . *Ioan. 19. v. 28.*

II. Vas ergo erat positum aceto plenum.  
*Ioan. 19. v. 29.* Et continuò currens unus  
ex eis , acceptam spongiam implevit aceto ,

&

& imposuit arundini, & dabat ei bibere. *Matthai 27. v. 48.* Dicens: Sinite, videamus, si veniat Elias, ad deponendum eum. *Marc. 15. v. 36.* Cæteri verò dicebant: Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum. *Matthai 27. v. 49.*

III. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ore eius. *Ioan. 19. v. 29.*

### MEDITATIO CCCXI.

*Christus commendat spiritum in Patris manus, & exspirat.*

I. **C**VM accepisset IESUS acetum, dixit: Consummatum est. *Ioan. 19. v. 30.*

II. IESUS autem iterum clamans voce magnâ, *Matth. 27. v. 50.* ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. *Lue. 23. v. 46.*

III. Et inclinato capite, tradidit spiritum. *Ioan. 19. v. 30.*

### MEDITATIO CCCXII.

*De prodigijs in morte Domini.*

I. **V**ELUM templi scissum est medium. *Lue. 23. v. 45.* In duas partes, à summo usq; adorsum, *Matth. 27. v. 51.* *Marc. 15. v. 38.*

II. Ter-

D. N. IESV CHRISTI. 287

II. Terra mota est, & petræ scissæ sunt.  
Matth. 27. v. 51.

III. Monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis, post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. Matth 27. v. 52. 53.

## MEDITATIO CCCXIII.

*Confessio innocentia, & divinitatis D.*

N. IESV Christi.

I. **V**idens Centurio, quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens: Verè hic homo justus erat. *Luc. 23. v. 47.*

II. Videns Centurio, qui ex adverso stabat, quia Iesus sic clamans exspirasset, ait: Verè hic homo filius Dei erat. *Marc. 15. vers. 39.*

III. Centurio, & qui cum eo erant, custodiéntes Iesum, viso terræ motu, & his, quæ siebant, timuerunt valdè, dicentes: Verè filius Dei erat iste. *Matth. 27. v. 54.*

IV. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant, quæ siebant, persecutientes pectora sua revertebantur. *Luc. 23. v. 48.*

ME.

## MEDITATIO CCCXIV.

*Piorum studium erga Christum.*

I. **S**tabant omnes noti ejus à longè, & mulieres, quæ secutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. *Luc. 23. v. 49.*

II. Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei. *Matth. 27. v. 55.*

III. Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome, mater filiorum Zebedæi. *Matth. 27. v. 56. Marc. 15. v. 40.* Et cùm esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam. *Marc. 15. v. 41.*

## MEDITATIO CCCXV.

*De aperto latere Christi.*

I. **I**udæi ( quoniam Parasceve erat ) ut non remanerent in cruce corpora Sabbato, ( erat enim magnus dies ille Sabbati ) rogerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. *Ioan. 19. v. 31.*

II. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. *Ioan. 19. v. 32.*

III Ad

III. Ad Iesum autem cùm venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura. Sed unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis, & aqua. *Ioan. 19. v. 33. & 34.*

IV. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus. Et ille scit, quia vera dicit; ut & vos credatis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iteruni alia Scriptura dicit: Videbunt, in quem transfixerunt. *Ioan. 19. v. 35. 36. 37.*

## MEDITATIO CCCXVI.

### Pietas Iosephi ab Arimathea.

I. **C**Vm jam serò esset factum ( quia erat parasceve, quod est ante sabbatum ) venit Ioseph ab Arimathea, *Marc. 15. Vers. 42. 43.* civitate Iudææ, *Luc. 23. v. 51.* homo dives, *Matth. 27. v. 57.* nobilis decurio, *Marc. 15. v. 43.* vir bonus & justus, *Luc. 23. v. 50.* qui & ipse discipulus erat Iesu; *Matth. 27. v. 57.* occultus autem propter metum Iudæorum, *Ioan. 19. v. 38.* qui expectabat & ipse regnum Dei. Hic non consenserat consilio & actibus eorum. *Luc. 23. v. 51.*

II. Hic accessit ad Pilatum: *Matth. 27. v. 58.* *Luc. 23. v. 52.* & audacter introivit

ad Pilatum, *Marc.* 15. v. 43. & petiit cor-  
pus Iesu, *Matth.* 27. v. 58. *Marc.* 15. vers.  
43. *Luc.* 23. v. 52. Rogavit autem Pilatum  
Ioseph ab Arimathaea (eò quod esset disci-  
pulus Iesu) ut tolleret corpus Iesu. *Ioan.* 19.  
vers. 38.

III. Pilatus autem mirabatur, si jam ob-  
iesset. Et accersito Centurione, interroga-  
vit eum, si jam mortuus esset. Et cum co-  
gnovisset à Centurione, donavit corpus Io-  
seph, *Marc.* 15. v. 44. & 45. Tunc Pilat-  
us jussit reddi corpus, *Matth.* 27. v. 58.

## MEDITATIO CCCXVII.

*Pietas & liberalitas Nicodemi  
erga Christum.*

**I**oseph autem mercatus sindonem, *Marc.*  
15. v. 46. venit, & tulit corpus Iesu,  
*Ioan.* 19. v. 38.

II. Venit autem & Nicodemus, qui  
venerat ad Iesum nocte primùm, ferens mix-  
turam myrrhæ & aloës, quasi libras centum.  
*Ioan.* 19. v. 39.

III. Acceperunt ergo corpus Iesu, & li-  
gaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut  
mos est Iudæis sepelire. *Ioan.* 19. v. 40.

ME.

D. N. IESV CHRISTI. 291

## MEDITATIO CCCXVIII.

*De sepultura D. N. IESV Christi.*

I. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. *Ioan. 19. v. 41.*

II. Et posuit illud Ioseph in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti & abiit. *Matth. 27. v. 60.*

III. Ibi ergo propter parasceven Iudeorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Iesum. *Ioan. 19. v. 42.* Et dies erat parasceves, & Sabbatum illucescebat. *Luc. 23. v. 54.*

## MEDITATIO CCCXIX.

*Pietas mulierum erga IESVM defunctum.*

I. Subsecutæ mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, *Luc. 23. v. 55.* Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria (Maria Ioseph, *Marc. 15. v. 47.*) sedentes contra sepulchrum. *Matth. 27. v. 61.*

II. Et aspiciebant, ubi poneretur. *Marc.*

I. 15. v. 47. Et quemadmodum positum erat  
corpus ejus. *Luc. 23. v. 55.*

II. III. Et revertentes paraverunt aromata,  
& unguenta: & Sabbato quidem siluerunt  
secundum mandatum. *Luc. 23. v. 56.*

## MEDITATIO CCCXX.

### *De custodia sepulchri.*

I. **A**lterâ autem die, quæ est post para-  
sceven, convenerunt principes Sacer-  
dotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Do-  
mine, recordati sumus, quia seductor ille di-  
xit adhuc vivens: Post tres dies resurgam.  
Iube ergo custodiri sepulchrum usque in di-  
em tertium: ne forte veniant discipuli ejus,  
& furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à  
mortuis: & erit novissimus error peior prio-  
re. *Matth. 27. v. 62. 63. 64.*

II. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam,  
ite, custodite sicut scitis. *Matth. 27. v. 65.*

III. Illi autem abeuntes, munierunt se-  
pulchrum, signantes lapidem, cum custodi-  
bus. *Matth. 27. v. 66.*

## MEDITATIO CCCXXI.

*Milites sepulchri custodes pecuniâ cor-  
rupti, mentiuntur Christi redigi cor-  
pus furto sublatum.*

I. Qui

D. N. IESV CHRISTI. 293

I. **Q**uidam de custodibus venerunt in civitatem, & nunciaverunt principibus Sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. *Matth. 28. v. 11.*

II. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli ejus nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à Præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. *Matth. 28. v. 12. 13. 14.*

III. At illi, acceptâ pecuniâ, fecerunt, sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Iudæos, usque in hodiernum diem. *Matth. 28. v. 15.*

EX R. P. ANTONII GAV.  
DIER SOC. IESV, INTRO-  
duct. ad perfectionem, cap. 29.

§. 7.

*Quænam perpendenda sint in Medita-  
tione Passionis Christi.*

E A potissimum sunt quinque. *Primum* est: Illum, qui patitur, esse Deum Maje-  
statis, & hominem sanctissimum, innocen-  
tissimum, justissimum, liberalissimum, qui  
totâ vitâ nihil ulli mali, sed omnibus bene-  
fecit. *Sic te decet post sanctam & laudabi-*

N 3                    lem.

Iem, atque omnibus utilem vitam , aliud nihil expectare, quam adversa , si ei similis esse cupis.

*Secundum est : Quid patiatur ? Exterius nuditatem, & paupertatem extremam : contumelias & opprobria , infinitae ejus sanctitatis sapientiae, & potentiae injuriosa : amicorum fugam, & derelictionem : dolores vehementissimos in omnibus membris , & sensibus . Interius vero aridates , anxietates , desolationes, ac vehementem & continuam tristiam sine consolatione ulla ; ob injurias Deo irrogatas, atque tot animarum perditionem : timores, tœdia , agoniam ad sudorem usque sanguinis. Nam tantum internos dolores admisit, quantum ferre potuit, ad Dei gloriam, & nostram salutem...*

*Tertium est : A quibus passus sit ? ab ijs nempe, à quibus honorari & amari debebat, omnis generis & conditionis hominibus: Iudeis, & Gentilibus , Regibus, Gubernatoribus, Pontificibus , Sacerdotibus, Phariseis, { qui eo tempore erant alijs religiosiores} doctis, indoctis, aulicis, militibus, &c. Homines præter vehementes invidiae , ambitionis , avaritiae , & id genus passiones contra Christum , ab ipsis dæmonibus incitabantur acrius, ut nulla illi in re parcerent, nihil ei re-*

*liquum*

Iquum in bonis, in fama, & honore, in corpore, in vita facerent. Adde & Discipulorum fugam, Petri negationem, Patris permissionem, adeo ut nullum planè videretur habere, ad quem confugeret.

*Quartum est: Pro quibus patiatur? nempe pro nobis, atque adeo ut omnia, & singula peccata nostra expiaret, nobis virtutes omnes, & gratias etiam singulas impetraret, nobis, inquam, qui ab eo alieni eramus: nam pro ipsis crucifixoribus suis, quibus & peccatorum remissionem & veniam suo sanguine & lachrymis à Deo Patre obtinebat.*

*Quintum est: Quomodo passus sit? nempe tanto cum amore, ardore, zelo. Nam oblatus est, quia ipse voluit: voluit verò cū ardenti desiderio gloriæ Dei reparandæ, & satisfaciendi ejus iustitiæ. Itaque erat desiderium hoc, ex vero Dei amore profluens, insatiabile, adeo ut longè plura pati exoptaret. Item cum tanta humilitate, obedientia, & subjectione erga Patrem: tantâ patientiâ, suavitate, atque mansuetudine.*

## MODUS

## PASSIONEM CHRISTI

meditandi versibus conscriptus

A R. P.

JOANNE BUSÆO S. J.

ENCH. MEDITAT.

**Q**uis patitur? Christus, Verbum, Sapientia Patris.

**Q**uid patitur? spinas, verbera, sputa, crux.

**P**ro quibus hec patitur? pro nostra, hominumque salute.

**C**ur patitur? semper ne patiatur homo.

**A** quibus hec patitur? ab amica stirpe suorum.

**S**ed quando patitur? quando fuit juvenis.

**H**ec ubinam patitur? medio telluris in orbe.

**Q**uomodo tanta tulit? proferat ipse modum.

**ALIVS SIDRONII**

**HOSSCHII S. I.**

**Q**uis patitur? Rerum Dominus, de Numinе Numen.

**Q**uid patitur? Lacero corpore mille neces.

**P**ro quibus? Ingratâ pro turbâ, & gente rebelli.

**C**ur? Nos carnifices servet ut ipse suos.

*Quis*

D. N. I E S V C H R I S T I. 237

Quis locus? Infamis pœnis, & morte nocendum.

Quando? Cum poterant facta probare  
Deum.

A quibus? A notis, & avito sanguine junctis.

Quomodo? Non servans ullum in amore modum.

PII ERGA CHRISTUM PATIENTEM AFFECTVS,  
EODEM AUCTORE.

I. *Admirationis.*

Qui Vis satis hoc capiat? pro me', per vulnera mille,  
Et potuisse Deum, nec dubitasse mori?

II. *Commiserationis.*

Si specto siccis oculis tua vulnera, Christe,  
Sum cruce, sum clavis durior ipse tuus.

III. *Doloris.*

Pœnitet! & meritò. Lachrymis non illa pie-tur,

Quæ tibi, magne Deus, sanguine culpa-stetit?

**EGY PASSIO D. N. IESV CHR.**

**IV. Grati Animi.**

**Vt fuso tibi , Christe , feram pro sanguine  
grates ,**

**Nulla satis longum sacula tempus erunt**

**V. Spei.**

**Spes fugit, ante oculos mea dum mihi crimi-  
na pono :**

**Cum tua respicio vulnera , Christe , redit**

**VI. Amoris.**

**Me pere, Amor, telis in Christi sanguine tim-  
etis :**

**Quem læsi toties, sic ego læsus amem.**

**VII. Imitationis.**

**Christe, mihi Dux es. Quæ belli præmia spe-  
rem ,**

**Si quâ Dux jeris, non ego miles eam ?**



**VITÆ**

(299.)  
VITÆ  
**D. N. J E S U**  
**C H R I S T I**

*Monotessaron Evangelicum.*

*P A R S VII.*

*De gloria D. N. I E S V Christi*  
*Redivisi.*

**A D H O R T A T I O.**

O lux perpetua, cuncta creata transcendens  
lumina, fulgura coruscationem de sublimi  
penetrantem omnia cordis mei intimi.  
Purifica, lætifica, clarifica, & vivifica spiri-  
tum meum, cum suis potentijs, ad inhæ-  
rendum tibi jubilosis excessibus. O quan-  
do veniet hæc beata & desiderabilis hora,  
ut tuâ me saties præsentia, & sis mihi o-  
mnia in omnibus! Quamdiu hoc datum  
non fuerit, nec plenum gaudium erit.  
Adhuc proh dolor! vivit in me vetus ho-  
mo, non est totus crucifixus, non est per-  
fectè mortuus. Adhuc concupiscit forti-  
ter contra spiritum, bella moyet intesti-

N 6 na,

300 GLORIA IESV.

na, nec regnum animæ patitur esse quietum. Sed tu exurge, adjuva me. Thomas à Kempis lib. 3. de Imitatione Christi, cap. 34. §. 3. ¶ 4.

MEDITATIO CCCXXII.

*Christus Resurrectionem suam tertio die futuram predixit.*

I. R<sup>E</sup>sponderunt I E s u quidam de Scribis & Pharisæis, dicentes: Magister, volumus à te signum videre. *Matth. 12. v. 38.*

II. Turbis autem concurrentibus, cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est. *Luc. 11. v. 29.* Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. *Matth. 12. v. 39. Luc. 11. v. 29.*

III. Nam sicut fuit Ionas signum Ninivitis: ita erit & filius hominis generationi isti. *Luc. 11. v. 30.* Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. *Matth. 12. v. 40.*

IV. Regina Austri surget in judicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon hic. *Luc. 11. v. 31. Matth. 12. v. 42.*

Viri

## CHRISTI REDIVIVI. 308

Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam; quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quam Ionas hic, Matth. 12. v. 41. Luc. 11. vers. 32.

## MEDITATIO CCCXXIII.

*Mulieres parant aromata, & egrediuntur ad sepulcrum.*

I. Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulcrum. Matth. 28. vers. 1.

II. Et cum transisset Sabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Marc. 16. v. 1.

III. Vna autem Sabbati, *Læc. 24. v. 1. Ioan. 20. v. 1.* unâ Sabbatorum, *Marc. 16. v. 2.* valde diluculo, *Luc. 24. vers. 1.* valde mane, *Marc. 16. v. 2.* cum adhuc tenebræ essent, *Ioan. 20. v. 1.* veniunt ad monumētum, orto jam sole, *Marc. 16. v. 2.* portantes, quæ paraverant, aromata. *Luc. 24. v. 1.*

## MEDITATIO CCCXXIV.

*Terra motu concutitur: Angelus lapidem revolutus.*

I. Et

**302 GLORIA IESV**

I. **E**cce terræ motus factus est magnus.  
Angelus enim Domini descendit de  
cœlo, & accedens revolvit lapidem, & se-  
debat super eum. *Matth. 28. v. 2.*

II. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur:  
& vestimentum ejus sicut nix. *Matthæi 28.*  
*Vers. 3.*

III. Præ timore autem ejus exterriti sunt  
custodes, & facti sunt velut mortui. *Mathe-*  
*thæi 28, v. 4.*

**MEDITATIO CCCXXV.**

*Angeli apparent mulieribus in  
loco sepulcri.*

I. **E**t dicebant (Maria Magdalene, & Ma-  
ria Iacobi, & Salome, *Marc. 16. v. 1.*)  
ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem  
ab ostio monumenti? *Marc. 16. v. 3.* erat  
quippe magnus valde, *Vers. 4.* Et respicien-  
tes viderunt revolutum lapidem. *Marc. 16.*  
*v. 4.* Invenerunt lapidem revolutum à mo-  
numento. *Luc. 24. v. 2.*

II. Et introéuntes in monumentum,  
viderunt juvenem sedentem in dextris, co-  
opertum stolâ candidâ, & obstupuerūt. *Mar-*  
*ci. 16. v. 5.* Respondens autem Angelus di-  
xit mulieribus: Nolite timere vos. *Matthæi*  
*28, v. 5.* Nolite expavescere. *Marc. 16. v. 6.*

*Scio*

## CHRISTI REDIVIVA 313

Scio enim, quod IESUM *Matth. 28. Vers. 5.*  
Nazarenum, *Marc. 16. v. 6.* qui crucifixus  
est, queritis. Non est hic: surrexit enim, si-  
c ut dixit. *Matth. 28. v. 5. Et 6.* Ecce locus,  
ubi posuerunt eum. *Marc. 16. v. 6.* Venite,  
& videte locum, ubi positus erat Dominus.  
*Matth. 28. v. 6.*

III. Et ingressae non invenerunt corpus  
Domini Iesu. Et factum est, dum mente  
consternatae essent de isto, ecce duo viri ste-  
terunt secus illas in ueste fulgenti. *Luc. 24.*  
*Vers. 3. Et 4.*

## MEDITATIO CCCXXVI.

*Mulieres ab Angelis magis instruun-  
tur de Resurrectione Domini.*

I. **C**VM timerent autem, & declinarent  
vultum in terram, dixerunt (duo viri)  
adillas: Quid queritis viventem cum mor-  
tuis? Non est hic, sed surrexit. Recordami-  
ni, qualiter locutus est vobis, cum adhuc in  
Galilaea esset, dicens: Quia oportet filium ho-  
minis tradi in manus hominum peccatorū,  
& crucifigi, & die tertią resurgere. Et recor-  
datæ sunt verborum ejus. *Luc. 24. Vers. 5.*  
*6. 7. 8.*

II. Sed

II. Sed (citò euntes *Matth. 28. v. 7.*)  
ite, dicite discipulis ejus, & Petro, *Marc. 16.*  
*v. 7.* quia surrexit: & ecce præcedit vos in  
Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vo-  
bis. *Matth. 28. v. 7. Marc. 16. v. 7.* Ecce  
prædixi vobis. *Matth. 28. v. 7.*

III. Et exierunt citò de monumento cum  
timore & gaudio magno, currentes nuncia-  
re discipulis ejus. *Matth. 28. v. 8.* Illæ exe-  
untes, fugerunt de monumento; invaserat  
enim eas tremor & pavor: & nemini quic-  
quam dixerunt, timebant enim. *Marc. 16.*  
*vers. 8.*

## MEDITATIO CCCXXVII.

*Currunt mulieres ad Aposto-  
los nuncia.*

I. **E**T regressæ à monumento, nunciave-  
runt hęc omnia illis undecim, & ceteris  
omnibus. Erat autem Maria Magdalene, &  
Ioanna, & Maria Iacobi, & ceteræ quæ cum  
eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hęc.  
*Luc. 24. v. 9. & 10.*

II. Et visa sunt ante illos, sicut deliramen-  
tum, verba ista, & non crediderunt illis. *Lu-  
ca 24. v. 11.*

III. Cucurrit ergo (Maria Magdalene) &  
venit ad Simonem Petrum, & ad alium disci-

6. 7.)      *CHRISTI REDIVIVI. 305*

pulum, quem amabat Iesus, & dicit illis: Tu-  
lerunt dominum de monumento, & nescimus,  
ubi posuerunt eum. *Ioan. 20. v. 2.*

Ecce  
arc. 16.  
t vos in  
ixit vo-  
to cum  
nuncia-  
læ ex-  
vaserat  
i quic-  
rc. 16.  
  
VII.  
  
aciave-  
ceteris  
ene, &  
æ cum  
s hæc.  
  
amen-  
s. *Lu-*  
ne) &  
disci-  
pu-

MEDITATIO CCCXXVIII.

*Petrus & Ioannes currunt  
ad sepulcrum.*

I. **P**etrus autem surgens cucurrit ad monu-  
mentum. *Luc. 24. v. 12.* Exiit ergo  
Petrus, & ille alias discipulus, & venerunt  
ad monumentum. Currebant autem duo  
simil, & ille alias discipulus præcucurrit ci-  
tius Petro, & venit primus ad monumen-  
tum. Et cum se inclinasset, vidit positam lin-  
teamina: non tamen introivit. *Ioan. 20.*  
*Vers. 3. 4. 5.*

II. Venit ergo Simon Petrus sequens e-  
um, & introivit in monumentum: *Ioan. 20.*  
*v. 6.* & procumbens vidit lintermina sola-  
posita: *Luc. 24. v. 12.* & sudarium, quod  
fuerat super caput ejus, non cum linterminis  
positum, sed separatis involutum in  
unum locum. *Ioan. 20. v. 7.*

III. Tunc ergo introivit & ille discipu-  
lus, qui venerat primus ad monumentum;  
& vidit, & credidit: nondum enim sciebant  
Scripturam, quia oportebat eum à mortuis  
resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli  
ad

306 GLORIA IESV

ad se metipos. *Ioan.* 20. v. 8. 9. 10. Abiit.  
Petrus secum mirans, quod factum fuerat.  
*Luc.* 24. v. 12.

MEDITATIO CCCXXIX

*Magdalena secundò veniens ad sepulcrū,  
duos rursum Angelos videt.*

I. **M**aria autem stabat ad monumentum  
foris, plorans. Dum ego fieret, in-  
clinavit se, & prospexit in monumentum.  
*Ioan.* 20. v. 11.

II. Et vidit duos Angelos in albis, seden-  
tes; unum ad caput, & unum ad pedes, ubi  
positum fuerat corpus Iesu. *Ioan.* 20. v. 12.

III. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras?  
Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum,  
& nescio, ubi posuerunt eum. *Ioan.* 20. v. 13.

MEDITATIO CCCXXX.

*Christus à mortuis redivivus apparebat  
primò Martæ Magdalena.*

I. **S**urgens autem Jesus manè, primâ Sab-  
bati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ,  
de qua ejecerat septem dæmonia. *Marc.* 16.  
v. 9. Modus apparitionis hujus narratur à  
Ianne hunc in modum.

II. Hæc (que v. 13. locata est) cùm di-  
xisset,

## CHRISTI REDIVIVI. 307

xisset, conversa est retrosum, & vidit IESUM stantem: & non sciebat, quia IESUS est. Dicit ei IESUS: Mulier, quid ploras? quem quaeris? Illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicio mihi, ubi posuisti eum, & ego eum tollam.

*Ioan. 20. v. 14. § 15.*

III. Dicit ei IESUS: Maria. Conversa illa, dicit ei: Rabboni, (quod dicitur, Magister) Dicit ei IESUS: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum. *Ioan. 20. v. 16. § 17.*

IV. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis; Quia vidi Dominum, & haec dixit mihi. *Ioan. 20. v. 18.* Illa vadens nunciavit his, qui cum eo fuerant, lugentibus & slientibus. Et illi audientes, quia viveret, & visus esset ab ea, non crediderunt. *Marc. 16. Vers. 10. § 11.*

## MEDITATIO CCCXXXI.

Cateris Magdalena comitibus appetat  
*Christus in via.*

I. Ecce IESUS occurrit illis, dicens: Ave te. *Matth. 28. v. 9.*

II. II

II. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. *Matth. 28.*  
*Vers. 9.*

III. Tunc ait illis IESUS : Nolite timere. Ité, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt. *Matth. 28. V. 10.*

## MEDITATIO CCCXXXII.

*Duobus discipulis euntibus Emmaun-  
tem Christus ignotus sese  
jungit.*

I. Post hæc autem duobus ex his ambulan-  
tibus ostensus est in alia effigie, eunti-  
bus in villam, *Marc. 16. V. 12.* Modum hu-  
jus apparitionis narrat *Lucas* hisce verbis.

II. Ecce duo ex illis ibant ipsâ die in ca-  
stellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus. Et  
ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus,  
quæ acciderant. *Luc. 24. V. 13. & 14.*

III. Et factum est, dum fabularentur, &  
secum quærerent, & ipse IESUS appropin-  
quans ibat cum illis. Oculi autem illorum  
tenebantur, ne eum agnoscerent. *Luc. 24.*  
*Vers. 15. & 16.*

MEDITATIO CCCXXXIII.

*Christus, quos sermones inter se conseruant, exquirit.*

I. **A** It I E S U S ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognovisti, quæ facta sunt in illa his diebus? *Luc. 24. 6. 17. & 18.*

II. Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De IESU Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone, coram D E O & o mni populo: & quomodo eum tradiderunt suī Sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eū. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redemptor Israël: & nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt. *Luc. 24. Vers. 19. 20. 21.*

III. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum. Et non invento corpore ejus, venerunt, dicentes, se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monum-  
E-  
sum,

319 GLORIA IESV

tum, & ita invenerunt, sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non invenerunt. *Luc. 24<sup>o</sup>*  
*Vers. 22. 23. 24.*

MEDITATIO CCCXXXIV.

*Christus corripit incredulos,  
atque instruit.*

I. **E**T ipse ( IESUS ) dixit ad eos : O stulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ ! Nónne hæc oportuit pati Christum , & ita intrare in gloriam suam ? *Luc. 24. v. 25. & 26.*

II. Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant. *Luc. 24. v. 27.*

III. Et appropinquaverunt castello, quod ibant : & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes : Mane nobiscum, quoniam advesperascit , & inclinata est iam dies. Et intravit cum illis. *Luc. 24. v. 28. & 29.*

MEDITATIO CCCXXXV.

*Christus agnoscitur in fractio-  
ne panis.*

I. **E**T factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem , & benedixit, ac frigit, & porrigebat illis. *Luc. 24. v. 30.*

H. E

**CHRISTI REDIVIVI. 311**

II. Et aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum: & ipse evanuit ex oculis eorum. *Luc. 24. v. 31.*

III. Et dixerunt ad invicem: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquetur in via, & aperiret nobis Scripturas? *Luc. 24. v. 32.*

**MEDITATIO CCCXXXVI.**

*Illi visionem suam narrant Apostolis:*  
*& ab his accipiunt novam,*  
*Simoni factam.*

I. **E**t surgentes eadem horâ, regressi sunt in Ierusalem: & invenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, *Luc. 24. v. 33.*

II. Dicentes: Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. *Luc. 24. v. 34.*

III. Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in via; & quomodo cognoverunt eum in fractione panis. *Luc. 24. v. 35.* Illi euntes nunciaverunt ceteris: nec illis crediderunt. *Mar. 16. v. 13.*

**MEDITATIO CCCXXXVII.**

*Eodem die Christus apparet vesperi, stans  
in medio Discipularum.*

**I. Cum**

I. **C**Vm serò esset die illo , unâ Sabba-  
torum, & fores essent clausæ , ubi e-  
rant discipuli congregati propter metum Iu-  
dæorum, venit Iesus, & stetit in medio ( eo-  
rum, *Luc. 24. v. 36.*) & dixit eis : Pax vo-  
bis. *Ioan. 20. v. 19.* Ego sum, nolite timere.  
*Luc. 24. v. 36.*

II. Conturbati verò, & conterriti, existi-  
mabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid  
turbati estis , & cogitationes ascendunt in  
corda vestra ? Videte manus meas, & pedes,  
quia ego ipse sum: palpate, & videte, quia spi-  
ritus carnem & ossa non habet , sicut me vi-  
detis habere. *Luc. 24. v. 37. 38. 39.*

III. Et cùm hoc dixisset , ostendit eis  
manus, & pedes, *Luc. 24. v. 40.* & latus.  
*Ioan. 20. v. 20.*

IV. Gavisi sunt ergo discipuli , viso Do-  
mino. *Ioan. 20. v. 20.*

## MEDITATIO CCCXXXVIII.

*Christus ab eis petit cibum, &  
manducat.*

I. **A**Dhuc autem illis non credentibus, &  
mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis  
hic aliquid , quod manducetur? *Luc. 24.*  
*vers. 41.*

II. Ac

Sabba-  
ubi e-  
um Lu-  
io ( eo-  
Pax vo-  
timere.  
  
, existi-  
s: Quid  
dunt in  
pedes,  
quia spi-  
t me vi-  
dit eis  
latus.  
iso Do-  
bus, &  
Habetis  
Luc. 24.  
II. Ac  
CHRISTI REDIVIVI. 313

II. At illi obtulerunt ei partem piscis  
assi, & favum mellis. *Luc. 24. v. 42.*

III. Et cum manducasset coram eis, su-  
mens reliquias dedit eis. *Luc. 24. v. 43.*

MEDITATIO CCCXXXIX.

*Christus impertit ijs Spiritum sanctum,  
Et potestatem facit remittendi  
peccata.*

I. **D**ixit ergo eis iterum IESUS: Pax vobis.  
Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.  
*Ioan. 20. v. 21.*

II. Hæc cum dixisset, insufflavit: & di-  
xit eis: Accipite Spiritum sanctum... *Ioan.*  
*20. Vers. 22.*

III. Quorum remiseritis peccata, remit-  
tuntur eis: & quorum retinueritis, retenta  
sunt. *Ioan. 20. v. 23.*

MEDITATIO CCCXL.

*Thoma tunc, cum discipulis apparuit  
Christus, absentis summa in-  
credulitas.*

I. **T**omas autem unus ex duodecim-  
qui dicitur Didymus, non erat cum  
eis, quando venit IESUS. *Ioan. 20. v. 24.*

O II. Di-

II. Dixerunt ergo ei alij discipuli : Vidi-  
mus Dominum. *Ioan. 20. v. 25.*

III. Ille autem dixit eis : Nisi videro in  
manibus ejus fixuram clavorum , & mittam  
digitum meum in locum clavorum , & mit-  
tam manum meam in latus ejus , non cre-  
dam. *Ioan. 20. v. 25.*

### MEDITATIO CCCXL.

*Thomas à Christo post octiduum pri-  
mūm reducitur ad fidem.*

I. **E**T post dies octo, iterum erant discipuli  
Ejus intus; & Thomas cum eis. Venit  
Iesus januis clausis , & stetit in medio, & di-  
xit : Pax vobis. *Ioan. 20. v. 26.*

II. Deinde dicit Thomæ : Infer digitum  
tuum huc , & vide manus meas , & affer ma-  
num tuam , & mitte in latus meum : & noli  
esse incredulus, sed fidelis. Respondit Tho-  
mas, & dixit ei : Dominus meus , & Deus  
meus. *Ioan. 20. v. 27. Et 28.*

III. Dixit ei I E S U S : Quia vidisti me  
Thoma, credidisti : beati, qui non viderunt,  
& crediderunt, *Ioan. 20. v. 29.*

ME-

CHRISTI REDIVIVI. 315

## MEDITATIO CCCXLII.

*Christus apparebat discipulis  
piscantibus.*

I. Postea manifestavit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic: Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus; & Nathanael, qui erat a Cana Galilaeæ; & filii Zebedæi, & alij ex discipulis ejus duo. *Ioan. 21. v. 1. 2.*

II. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in navim: & illâ nocte nihil prenderunt. *Ioan. 21. v. 3.*

III. Mane autem facto, stetit Iesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli, quia Iesus est. *Ioan. 21. v. 4.*

## MEDITATIO CCCXLIII.

*Christus copiam illis facit ingentem vim  
piscium capiendi.*

I. Dixit ergo eis Iesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. *Ioan. 21. v. 5.*

II. Dicit eis: Mittere in dexteram navigij recte; & invenietis. *Ioan. 21. v. 6.*

336 GLORIA IESV

III. Miserunt ergo : & jam non valebant  
iHud trahere præ multitudine piscium. *Ioan.*  
*21. vers. 6.*

MEDITATIO CCCXLIV.

*Christus in captura piscium  
agnoscitur.*

I. **D**ixit ergo discipulus ille , quem dilige-  
bat IESUS , Petro : Dominus est. *Ioan.*  
*21. vers. 7.*

II. Simon Petrus cùm audisset , quia Do-  
minus est , tunicā succinxit se ( erat enim nu-  
dus ) & misit se in mare. *Ioan. 21. v. 7.*

III. Alij autem discipuli navigio vene-  
runt ( non enim longè erant à terra , sed qua-  
si cubitis ducentis ) trahentes rete piscium.  
*Ioan. 21. v. 8.*

MEDITATIO CCCXLV.

*Christus cibum parat , & inter discipu-  
los distribuit.*

**I**U' ergo descenderunt in terram , vide-  
runt prunas positas , & piscem super-  
positum , & panem . Dicit eis IESUS : Affer-  
e de piscibus , quos predidistis nunc . Ascen-  
dit Simon Petrus , & traxit rete in terram-  
plenum magnis piscibus , cœcum quin-  
que

CHRISTI REDIVIVI. 317

quaginta tribus. Et cum tanti essent, non effissum rete. *Ivan. 21. v. 9. 10. 11.*

**H.** Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et  
nemo audebat discubentium interrogare  
eum: Tu quis es? scientes, quia Domin⁹ est.  
*Ioan. 21. v. 12.*

III. Et venit IESUS, & accipit panem, &  
dat eis, & piscem similiter. Hoc jam ter-  
tio manifestatus est IESUS discipulis suis, cùm  
resurrexisset à mortuis. *Ioan. 21. Vers. 13.*  
*Ego 14.*

## MEDITATIO CCCXLVI.

*Christus Petro suas oves  
committit.*

I. C Vm ergo prandissent, dicit Simoni Pe-  
tro Iesus : Simon Ioannis, diligis me  
plus his ? Dicit ei : Etiam Domine , tu scis  
quia amo te. Dicit ei : Pasce agnos meos .  
Ivan. 21, v. 15.

II. Dicit ei iterum : Simon Ioannis, dili-  
gis me? Ait illi : Etiam Domine, tu scis, qui  
amo te. Dicit ei : Pasce agnos meos. *Ioan.*  
*21. 9. 16.*

III. Dicit ei tertio : Simon Ioannis, amas me ? Contristatus est Petrus , quia dixit ei tertio , Amas me ? & dixit ei : Domine, tu

318 GLORIA IESV

Omnia nōsti: tu scis, quia amo te. Dixit ei:  
Pasce oves meas. *Ioan. 21. v. 17.*

MEDITATIO CCCXLVII.

*Christus Petro prædictit genitus mortis.*

I. **A**men, amen dico tibi: cùm esses junior,  
cingebas te, & ambulabas, ubi vole-  
bas: cùm autem senueris, extendes manus  
tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non  
vis. *Ioan. 21. v. 18.*

II. Hoc autem dixit, significans, quâ  
morte clarificaturus esset Deum. *Ioan. 21.*  
*Verf. 19.*

III. Et cùm hoc dixisset, dicit ei: Seque-  
re me. *Ioan. 21. v. 19.*

MEDITATIO CCCXLVIII.

*Christus Petrum curiosiūs de Ioanne  
querentem corripit.*

I. **C**onversus Petrus, vidit illum discipu-  
lum, quem diligebat I E S U S, sequen-  
tem, qui & recubuit in cæna super pectus  
ejus, & dixit: Domine, quis est, qui tradet  
te? Hunc ergò cùm vidisset Petrus, dixit I E-  
S U S: Domine, hic autem quid? *Ioan. 21.*  
*Verf. 20. & 21.*

II. Dī.

**CHRISTI REDIVIVI.** 319

II. Dicit ei IESUS: Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere. *Ioan. 21. v. 22.*

III. Exivit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixite IESUS: Non moritur, sed; Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? *Ioan. 21. vers. 23.*

**MEDITATIO CCCXLIX.**

*Christus in monte Galilææ discipulis se suis ostendit.*

I. Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem, ubi constituerat illis IESUS. Et videntes eum, adoraverunt: quidam autem dubitaverunt. *Matt. 28. vers. 16. & 17.*

II. Et accedens IESUS, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Matt. 28. v. 18.*

III. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi. *Matt. 28. vers. 19. & 20.*

## MEDITATIO CCCL.

*Christus aperit discipulis suis sensum ad intelligendas Scripturas.*

I. **D**ixit Iesus ad eos : Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos , cùm adhuc essem vobiscum , quoniam necesse est imple ri omnia , quæ scripta sunt in lege Moysi , & Prophetis , & Psalmis de me. *Luc. 24. v. 44.*

II. Tunc aperuit illis sensum, ut intel ligent Scripturas, & dixit eis : Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertîâ die : & prædi cari in nomine ejus pœnitentiam , & remi sionem peccatorum in omnes gentes , inci pientibus ab Ierosolyma . *Luc. 24. Vers. 45. 46. 47.*

III. Vos autem testes estis horum. Et ego mitto promissum Patris mei in vos : vos autem sedere in civitate, quoadusque indu mini virtute ex alto. *Luc. 24. v. 48. & 49.*

## MEDITATIO CCCLI.

*Novissima Christi apparitio.*

I. **N**ovissimè recumbentibus illis unde cim apparuit : & exprobravit incre dulitatem eorum , & duritiam cordis ; quia

ijs,

**CHRISTI REDIVIVI.** 328

ijs, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt, *Marc. 16. v. 14.*

I I. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. *Marc. 16. v. 15. & 16.*

III. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. *Marc. 16. v. 17. & 18.*

**MEDITATIO CCCLII.**

*Gloriosissima Christi in cælum*

*Ascensio.*

I. **E**t Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, *Marc. 16. v. 19.* eduxit eos foras in Bethaniam: & elevatis manibus suis benedixit eis. *Luc. 24. v. 50.*

II. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. *Luc. 24. v. 51.* Assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. *Marc. 16. v. 19.*

III. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo, laudantes & benedicentes

O s      De-

**322 GLORIA IESV**

Deum. *Luc.* 24. v. 52. & 53. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. *Marc.* 16. v. 20.

**MEDITATIO CCCLIII.**

*Anacæphaleosis apparitionum Christi,  
ex Actis Apostolorum.*

I. PRimum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere, & docere, usque in diem, quâ præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est. *Actus Actor.* 1. v. 1. 2.

II. Quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. *Act.* 1. v. 3.

III. Et convescens, præcepit eis, ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizavit aquâ, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. *Actorum* 1. Vers. 4. & 5.

**ME-**

MEDITATIO CCCLIV.

*De Ascensione Christi, ex Actis Apo-*  
*stolorum.*

I. **G**itur qui convenerant, interrogabant.  
Eum, dicentes: Domine, si in tempore  
hoc restitues regnum Israël? Dixit autem  
eis: Non est vestrum, nōsse tempora vel mo-  
menta, quæ Pater posuit in sua potestate:  
*Act. 1. v. 6. & 7.*

II. Sed accipietis virtutem supervenien-  
tis Spiritus sancti in vos: & eritis mihi testes  
in Ierusalem, & in omni Iudea, & Samaria,  
& usque ad ultimum terræ. *Act. 1. v. 8.*

III. Et cum hæc dixisset, videntibus illis,  
elevatus est: & nubes suscepit eum ab oculis  
corum. *Act. 1. v. 9.*

MEDITATIO CCCLV.

*Angeli prædicunt Christum similiter*  
*Gentium.*

I. **C**um intuerentur in cœlum euntem il-  
lum, ecce duo viri adstiterunt juxta  
illos in vestibus albis. *Act. 1. v. 10.*

II. Qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid  
statis aspicientes in cœlum? hic Iesus, qui  
assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet,  
O 6 quem.

**GLORIA IESV**

quemadmodum vidistis eum eunte in  
cœlum. *Acto. 1. v. 11.*

III. Tunc reversi sunt Ierosolymam, à  
monte, qui vocatur Oliveti, qui est juxta  
Ierusalem, Sabbati habens iter. *Act. 1. v. 12.*

**MEDITATIO CCCLVI.**

*Discipuli reversi Hierosolymam, ma-*  
*nent in cænaculo congregati.*

I. **R**EVERSI sunt Ierosolymam, à monte,  
qui vocatur Oliveti, qui est juxta Ieru-  
salem, Sabbati habens iter. *Act. 1. v. 12.*

II. Et cum introissent, in cænaculum  
ascenderunt, ubi manebant Petrus & Ioan-  
nes, Iacobus & Andreas, Philippus & Tho-  
mas, Bartholomæus & Marthæus, Iacobus  
Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi.  
*Acto. 1. v. 13.*

III. Hi omnes erant perseverantes una-  
nimitate in oratione cum mulieribus, & Ma-  
ria matre Iesu, & fratribus ejus. *Acto. 1.*  
*Vers. 14.*

**MEDITATIO CCCLVII.**

*In locum Iude traditoris, aliis Resur-  
rectionis Dominica testis substi-  
tuendus queritur.*

I. In

*CHRISTI REDIVIVI.* 325

I. **I**N diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum simul, fere centum viginti) Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædictit Spiritus sanctus per os David de Iuda. *Act. 1. v. 15. 16.*

II. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabiter in ea: & episcopatum ejus accipiat alter. *Act. 1. v. 20.*

III. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Iesus, incipiens a baptismate Ioannis usque in diem, quā assumptus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum existis. *Act. 1. v. 21. 22.*

**MEDITATIO CCCLVIII.**

*Mathias in numerum Apostolorum adsciscitur.*

I. **E**T statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiam. *Act. 1. v. 23.*

II. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nostri omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum

mi-

ministerij hujus, & Apostolatus, de quo prævaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum. *Act. 1. v. 24.* *Eg 25.*

III. Et dederunt sortes eis, & cecidit fors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis. *Act. 1. v. 26.*

## MEDITATIO CCCLIX.

*Spiritus sanctus effunditur super Apostolos, & loquuntur varijs linguis.*

I. **C**Vm completerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de cœlo sonus, tamquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant sedentes. *Act. 2. v. 1.* *Eg 2.*

II. Et apparuerunt illis dispertitæ linguae tamquam ignis, sed itque supra singulos eorum. *Act. 2. v. 3.*

III. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. *Act. 2. Vers. 4.*

M E-

## MEDITATIO CCCLX.

*Admirantur Iudei, quod Apostoli lo-  
quantur omnium gentium  
linguis.*

I. Erant autem in Ierusalem habitantes Iudei, viri religiosi ex omni natione, quae sub cœlo est. Facta autem hac voce, convenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque linguâ suâ illos loquentes. *Act. 2. v. 5. 6.*

II. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: Nónne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt, & quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & advenæ Romani, Iudei quoque, & Profelyti, Cretes, & Arabes: audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. *Act. 2.  
Vers. 7. 8. 9. 10. 11.*

III. Stupebant autem omnes, & mirabantur ad invicem dicentes: Quidnam vult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant: Quia musto pleni sunt isti. *Act. 2. v. 12. 13.*

ME-

## MEDITATIO CCCLXI.

*Petrus probat ex Ioële, quod factum  
mirabantur Iudei.*

I. Tans autem Petrus cum undecim, levavit vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudei, & qui habitatis Ierusalem universi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos aestimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est, quod dictum est per prophetam Ioël: Et erit in novissimis diebus ( dicit Dominus ) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiae vestrae: & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia sognabunt. *Act. 2. v. 14. 15. 16. 17.*

II. Et quidem super servos meos, & super ancillas meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt: & dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. *Act. 2. v. 18. § 19.*

III. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus. Et erit: Omnis, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. *Act. 2. v. 20. § 21.*

ME.

CHRISTI REDIVIVI. 329  
MEDITATIO CCCLXII.

Prima concio S. Petri , de Passione &  
Resurrectione Domini.

I. Viri Israëlitæ , audite verba hæc : I e-  
sum NAZARENUM , virum approba-  
tum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs,  
& signis, quæ fecit Deus per illum in medio  
vestri, sicut & vos scitis : hunc definito con-  
silio & præscientiâ DEI traditum, per manus  
iniquorum affigentes interemistis. *Acto. 2.*  
*Vers. 22. &c. 23.*

II. Quem Deus suscitavit , solutis dolo-  
ribus inferni, juxta quod impossibile erat te-  
neri illum ab eo. David enim dicit in eum :  
Providebam Dominum, &c. *Acto. 2. v. 24.*  
*& 25.* Caro mea requiescat in spe : Quo-  
niam non derelinques animam meam in in-  
ferno , nec dabis Sanctum tuum videre cor-  
ruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ : &c.  
*Acto. 2. v. 26. 27. 28.*

III. Viri fratres , liceat audenter dicere  
ad vos de patriarcha David, quoniam defun-  
ctus est, &c. *Vers. 29.* Propheta igitur cùm  
esset , & sciret , quia jurejurando jurasset illi  
Deus de fructu lumbi ejus sedere super se-  
dem ejus : providens locutus est de Resur-  
rectione Christi , quia neque derelictus est

in

330     *GLORIA IESV*

in inferno , neque caro ejus vidi corruptio-  
nem. *Acto. 2. v. 30. 31.*

IV. Hunc IESUM resuscitavit Deus : cu-  
jus omnes nos testes sumus. *Vers. 32.* Cer-  
tissimè sciat ergo omnis domus Israël, quia &  
Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc  
IESUM, quem vos crucifixistis. *Vers. 36.* His  
autem auditis, compuncti sunt corde. *Acto.*  
*2. Vers. 37.*

**MEDITATIO CCCLXIII.**

*Alia ejusdem Petri concio , de Passione  
Domini, & Resurrectione.*

I. **V**iri Israëlitæ, quid miramini in hoc, aut  
nos quid intueniunti, quasi nostrâ vir-  
tute aut potestate fecerimus hunc ( claudum  
ex utero matris suæ ) ambulare ? Deus Abra-  
ham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus pa-  
trum nostrorum, glorificavit filium suum  
IESUM , quem vos quidem tradidistis , & ne-  
gâstis ante faciem Pilati, judicante illo dimit-  
ti. *Act. 3. v. 12. 13.*

II. Vos autem sanctum & justum ne-  
gâstis , & petistis virum homicidam donari  
vobis : auctorem verò vitæ interfecistis ,  
quem Deus suscitavit à mortuis , cuius nos  
testes sumus. *Act. 3. v. 14. &c. 15.*

III. Et

*CHRISTI REDIVIVI.* 331

III. Et nunc, fratres, scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autem, quæ prænunciavit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic implevit. *Acto. 3. v. 17. E& 18.*

**MEDITATIO CCCLXIV.**

*In solo IESV Christo salus omnium, consistit.*

I. **H**ic est lapis, qui reprobatus est à vobis aedificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. *Acto. 4. v. 11. E& 12.*

II. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. *Acto. 4. v. 12.*

III. Deus patrum nostrorum suscitavit Iesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno. Hunc principem & salvatorem Deus exaltavit dextrâ suâ, ad dandam poenitentiam Israëli, & remissionem peccatorum. *Acto. 5. v. 30. E& 31.*

**MEDITATIO CCCLXV.**

*De Fide ac Spe nostræ resurrectionis.*

I. **P**enetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, &

372 GLORIA IESV REDIV.

& illuminabo omnes sperantes in Domino.  
*Ecli. 24. v. 45.*

I I. Ecce ego aperiam tumulos vestros,  
& educam vos de sepulchris vestris, populus  
meus: & inducam vos in terram Israël. *E-  
zech. 37. v. 12.*

I I I. Nolumus vos ignorare, fratres, de  
dormientibus, ut non contristemini, sicut  
& ceteri, qui spem non habent. Si enim cre-  
dim⁹, quod Iesus mortuus est, & resurrexit;  
ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum,  
adducet cum eo. *Paulus 1. Thessal. 4. Vers.  
12. & 13.*

I V. Hæc est voluntas ejus, qui misit  
me, Patris: ut omne, quod dedit mihi, non  
perdam ex eo, sed resuscitem illud in novis-  
simo die. Hæc est autem voluntas Patris  
mei, qui misit me: ut omnis, qui videt Fi-  
lium, & credit in eum, habeat vitam æter-  
nam, & ego resuscitabo eum in no-  
vissimo die. *Ioan. 6. v. 39.*

¶ 40.



CON-

25(333.)

## CONSIDERATIONES

**PRO SEX ILLIS HORIS,**  
**QVÆ SINGVLIS QVADRIL-**  
ennijs annum efficiunt  
Rissextilem.

## AD I. HORAM.

*Quatuor Væ à Christo Domino  
intentata.*

I. **V**æ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. *Luc. 6. v. 24.*

II. **V**æ vobis, qui saturati estis; quia esuriatis. *Luc. 6. v. 25.*

III. **V**æ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. *Luc. 6. v. 25.*

IV. **V**æ cum benedixerint vobis homines: secundum hæc enim faciebant pseudo-prophetis patres eorum. *Luc. 6. v. 26.*

## AD II. HORAM.

*De peccatis remittendis, & non  
remittendis.*

I. **O**mne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemia non remittetur. *Mattb. 12. v. 31.*  
*Marc. 3. v. 28. & 29.*

**III. Qui-**

334 CONSIDERATIONES

II. *Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: Matth. 12. v. 32. Luc. 12. v. 10.*

III. *Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro, Matth. 12. v. 32. Luc. 12. v. 10. sed reus erit aeterni delicti. Marc. 3. v. 29.*

IV. *Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Matth. 12. v. 33.*

AD III. HORAM.

*De multitidine reproborum, & paucitate salvandorum.*

I. *Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiofa via est, quae dicit ad perditionem. Matth. 7. v. 13.*

II. *Et multi sunt, qui intrant per eam. Matth. l. c.*

III. *Quam angusta porta, & arcta via est, quae dicit ad vitam! Matth. 7. v. 14.*

IV. *Et pauci sunt, qui inveniunt eam. Matth. l. c.*

Epi-

*Epimetrum.*

Dixit IESUS: Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. *Luca 13.*  
Vers. 24.

AD IV. HORAM.

*De Domino & Servo, Discipulo  
& Magistro.*

I. **N**on est discipulus super magistrum.  
*Matth. 10. v. 24. Luc. 6. v. 40.*

II. Nec servus super Dominum suum.  
*Matth. 10. v. 24.*

III. Sufficit discipulo, ut sit sicut Magister ejus. *Matth. 10. v. 25.* Perfectus omnis erit, si sit sicut Magister ejus. *Luc. 6. v. 40.*

IV. Et servo sufficit, ut sit sicut Dominus ejus. *Matth. 10. v. 25.* Si patrem familiæ Beelzebub vocaverunt: quanto magis domesticos ejus? Ne ergo timueritis eos.  
*Matth. 10. v. 25. & 26.*

AD V. HORAM.

*De Operto & Aperto.*

I. **N**ihil est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non sciatur.  
*Matth.*

22 111 87

336 CONSID. PRO VI. HORIS.

*Matth. 10. v. 26. Luc. 12. v. 2.* Non est aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, *Marc. 4. v. 22.* quod non cognoscatur, & in palam veniat. *Luc. 8. v. 17.*

I I. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. *Matth. 10. v. 27.*

I II. Multis turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent, cœpit dicere Iesus ad discipulos suos: Quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur *Luc. 12. v. 1. § 3.*

I V. Et quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. *Luc. 12. v. 3.*

AD VI. HORAM.

*De spiritu immundo revertente in domum.*

I. **C**um immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. *Matth. 12. v. 43. § 44.*

II. Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. *Matth. 12. vers. 44.*

III. Tunc vadit, & assumit septem alios spiri-

M E D. PRO ANNO BISS. 337

spiritus secum nequiores se, & intrantes ha-  
bitant ibi. *Matth. 12. v. 45.*

I V. Et fiunt novissima hominis illius  
pejora prioribus. *Matth. 12. v. 45.*

## M E D I T A T I O C C C L X V I .

Pro Anno Bissextili.

*De extremo iudicio.*

C Vm venerit Filius hominis in maje-  
state sua, & omnes Angeli cum eo,  
tunc sedebit super sedem majestatis suæ : &  
congregabuntur ante eum omnes gentes, &  
separabit eos ab invicem , sicut pastor segre-  
gat oves ab hoedis : & statuet oves quidem  
à dextris suis, hoedos autem à sinistris. *Mat-  
thai 25. v. 31. 32. 33.*

II. Tunc dicet rex his , qui à dextris ejus  
erunt : Venite benedicti Patris mei, posside-  
te paratum vobis regnum à constitutione  
mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi man-  
ducare: &c. *Matth. 25. v. 34. § 35.* Amen  
dico vobis: quamdiu fecistis uni ex his fratri-  
bus meis minimis , mihi fecistis. *Matth. 25.*  
vers. 40.

III. Tunc dicet & his , qui à sinistris  
erunt : Discedite à me maledicti in ignem  
æternum, qui paratus est diabolo, & angelis

P ejus.

**e**ius. Esurivi enim, & non dedistis mihi man-  
ducare: &c. Matth. 25. v. 41. & 42. Amen  
dico vobis: quamdiu non fecistis uni de mi-  
noribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi  
in supplicium æternum; justi autem in vi-  
tam æternam. Matth. 25. v. 45. 46.

## M O D I M E D I T A N D I

accommmodati singulis Parti-  
bus Monotessari.

### PRO PARTE I. ET II.

*Modus universalis meditandi myste-  
ria Vitæ D. N. IESV Christi.*

**S**ingulis materiæ dispositæ Punctis adhi-  
benda sunt Puncta tria Formulae, sive mo-  
di meditandi. Primum Formulae punctum  
est, Consideratio singularum Personarum,  
de quibus mentio fit in proposito punto  
materiæ. Exempli gratiâ fit istud materiæ  
punctum, Luc. 2. v. 34. *Benedixit illis Si-  
meon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ec-  
ce positus est hic in ruinam, &c.* Hic consi-  
derandæ sunt personæ tres: Simeon senex,  
Iesus puerulus, & Virgo mater ipsius Ma-  
ria. Ex harum personarum consideratione  
documenta sunt elicienda, quibus nos doce-  
mur aliquid seu facere, seu vitare.

Secundum Formulae Punctum est, in eo-  
dem materiæ punto considerare ac perpen-  
dere

dere omnia verba, quæ locutæ sunt illæ ipsæ personæ, quas paulò antè contemplati sumus. Notandum autem est, nomine Verborum non intelligi tantum ea, quæ in textu recensentur prolata, verùm etiam illa, quæ textus siluit, & fortassis tamen à prædictis personis fuerunt prolata, vel certè in his circumstantijs prudenter & accommodatè ad rem proferri potuerunt.. Item intelligi earundem personarum cogitationes internas, & judicia, & discursus, &c. quæ nihil aliud sunt, quam verba mentis. Ex his omnibus colligendus fructus, quemadmodum prius. Sic in allato exemplo perpendenda sunt verba Simeonis, quæ Spiritus propheticus cordi ipsius inspiravit, & impulit, ut ore proferret.. Verba item B. V. non quæ dixit ( nulla enim Lucas refert ) sed quæ dicere potuisse, querendo & ulterius indagando, quâ ratione positus sit filius hic suus in ruinam multorum. Expendenda quoque sunt, quæ runc utique, cùm hæc audiret, animo secunda agitavit..

Tertium Formulæ Punctum est, attenderet earundem personarum omnes, aut præcipuas saltem Actiones, & ex adverso Passiones. In præsenti exemplo eum intuere, qui positus est, à quo ? in ruinam multorum, ut

## 340 MODI MEDIT.

in æternum pereant. Aliquid inde semper ad nos reflectemus, ut ex consideratione tali fructum aliquem referamus. Si hoc modo absolutum fuerit punctum primum Materiæ, sit progressus ad alia puncta eodē modo meditanda. Illud igitur bene notandum, hanc regulam adhibendam esse in singulis punctis materiæ propositæ, ut nimirum intentio meditantis feratur primum quidem in personas, quæ in illo punto occurrunt: cum ad verba, si priùs verba; vel ad facta, si priùs occurrant facta. Alia enim quia priùs dicta sunt, ideo postea tale quid factum est: & vicissim quia priùs aliquid factum est, ideo tales postea prolati sunt sermones,

## PRO PARTE III.

*Modus meditandi miraculum.*

I. Considerandum, quæ in eo transcendentalia vires naturæ contineantur,

II. Quæ fuerit caussa illius instrumentalis: seu quo instrumento Deus fuerit usus in eo faciendo.

III. Quæ motiva & rationes fuerint faciendo miraculum.

IV. Qui inde secuti effectus alij, præter mira-

**MODI MEDIT.** 345

miraculosum, in diversis, vel eo saltē, circa quem contigit miraculum.

V. Quis inde fructus à nobis hauriri possit..

**PRO PARTE IV.**

*Modus meditandi Parabolas.*

I. **T**ota Parabola, secundum substantiam & adjuncta, perfectè concipienda.

II. Inquirendum, quid significet Parabola. Quædam ab ipsomet Christo explicatae sunt: aliæ declarantur à Doctoribus.

III. Facienda applicatio Parabolæ cum significato, per considerationem similitudinis, vel dissimilitudinis inter Parabolam & rem significatam, juxta scopum, qui in Parabola potissimum quærebatur..

IV. Perpendendum, quid in alijs ex hac Parabola fuerit secutum.

V. Fruendus pro Meditante fructus.

**PRO PARTE V.**

*Modus meditandi Præcepta, & Consilia Christi.*

I. **V**idendum, quid prohibeat, vel jubeat, vel consular Christus.

II. An rationabiliter, & quas ob caussas,

P 3 III. Con-

**54** MODI MEDIT.

III. Considerandi fructus vel damna,  
quæ ex observatione vel neglectu conse-  
quentur.

IV. Introducuntur ij, qui præcepta, con-  
siliâve observârunt, aut neglexerunt, habitâ  
ratione fructûs & utilitatis, vel damni, quod  
experti sunt.

V. Quomodo ego me hucusque in ob-  
servatione vel neglectu eorum habuerim,  
& habiturus sim deinceps.

PRO PARTE VI.

*Modi varij meditandi Passionem  
Dominicam.*

I. Modus communis meditandi Passionem  
Domini.

I. COnsideretur, quæ & qualis sit Actio,  
vel Passio principalis in proposito pū-  
eto: item, quæ talis Actionis, vel Passionis cir-  
cumstantiæ: nimirum Loci, Temporis, Mo-  
di, &c. juxta vulgarem illum Versum: *Quis,*  
*Quid, Vbi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo,*  
*Quando.*

II. Ex rebus his consideratis colliguntur  
virtutes tum aliorum, tum præsertim Chri-  
sti patientis.

III. Expenditur, quæm heroicæ, seu dif-  
ficiles virtutes illæ fuerint.

IV. Ap-

*MODI MEDIT.* 373

I V. Applicationem ad se faciet meditans, examinando, an easdem virtutes, & cum talibus difficultatibus, exercuerit: & quid facturus sit in posterum.

II. *Modus meditandi de septem effusionibus sanguinis: ad detestanda peccata.*

I. Considerandum, quam pretiosum & copiosum sanguinem in proposita effusione Christus profuderit, ut peccatorum fordes elueret.

II. Quanta peccatorum fœditas ac turpitudo debeat esse, quibus eluendis tam pretiosus atque copiosus sanguis profundendus erat.

III. Quam deceat igitur, ut homines peccata tam turpia cum horrore detestentur.

IV. Vtrum ego cum horrore hucusque peccatorum turpitudinem detestatus fuerim, & quomodo deinceps detestaturus sim.

Septem autem effusiones sanguinis haे sunt. I. in horto, cum sanguineum sudavit sudorem. II. in domo Caiphæ, cum vapulavit à ministro. III. in Flagellatione. IV. in Coronatione. V. in abstractione vestium. VI. in Crucifixione. VII. in Lateris aperitione.

III. *Modus meditandi de pœnis quinque sensuum corporis Christi: ad compatiendum Christo.*

I. Cor-

I. Consider. quæ pœnæ proposito sensui, Visus, Auditus, Tactus, &c. Christi fuerint illatae.

II. Quantos dolores ex ejuscemodi pœnis senserit idem sensus, tum propter Christi teneritudinem ac debilitatem: tum propter tortorum multitudinem, promptitudinem, impietatem, immanitatem: tum propter pœnarum copiam, varietatem, duracionem, continuitatem: tum denique propter absentiam omnis consolationis.

III. An non pœnæ tales, & tanti ex pœnis secuti dolores mereantur miserationem hominum: cum præsertim Christus & illas, & istos tulerit, ne ferre cogerentur homines.

IV. Quomodo tu hactenus Christi pœnas & dolores miseratus, & in posterum miseratus sis.

*IV. Modus meditandi de damnis animæ, corporis, & fortunarum Christi: ad praestandam gratitudinem beneficio Passionis.*

I. Perpende, qualia & quanta damna Christus perpessus fuerit in anima, vel corpore, vel fortunis.

II. Qualia & quanta tum bona contulerit, tum mala sustulerit, non omnibus tantum, sed singulis etiam hominibus, talis ac tanta perpessio Christi.

III. Quan-

**III.** Quanta incumbat necessitas simul omnib<sup>9</sup> & singulis hominibus, ut beneficijs tā eximijs gratos se exhibeant, recognoscendo, meditando, prædicando, & compensando illa mutuis tum operationibus, tum passionibus.

**IV.** An necessariam tu gratitudinem ijsdem beneficijs retuleris hucusque, & quam in posterum relatuus sis.

**V.** Modus meditandi de septem itineribus Christi patientis: ad miranda Dei mirabilia.

**I.** Considera, quæ Christus in proposito itinere sustinuerit incommoda.

**II.** Quàm conveniens talis sustinentia fuerit ad fines à Christo paciente intentos: nimirum ad cœlestis Patris gloriam, ad exaltationem Christi, ad Dæmonis subjectiōnem, ad Hominis illuminationem, inflammationem, corroborationem, cōsolationem, subventionem, erectionem ad ardua; denique ad vitam Christianam, quæ in cruce, paupertate, humilitate, contemptu consistit, excitationem.

**III.** Quàm porrò convenientia talis mira sit & miranda, non tam speculativè, quàm practicè; hoc est, consideranda, æstimanda, ac veneranda.

**IV.** An tu convenientiam talem Passio-  
nis cum istis fraib<sup>9</sup>bus, hactenus practicè mi-  
ra-

ratus fueris; & qui deinceps miraturus sis.

Septem itinera sunt. I. à cænaculo in hoc-  
tum Gethsemani. II. ab horto ad Annæ  
domum. III. ab Annæ domo ad palatium  
Caiphæ. IV. à palatio Caiphæ ad prætorium  
Pilati. V. à prætorio Pilati ad regiam Her-  
odis. VI. à regia Herodis rursus ad præto-  
rium Pilati. VII. à prætorio ad montem  
Calvariae.

## PRO PARTE VII.

*Modus meditandi mysteria Resurre-  
ctionis Dominicæ.*

I. **C**onsid. Quomodo Christi divinitas  
Passionis & mortis tempore abscondi-  
ta, palam se faciat in proposito mysterio Re-  
surrectionis, quantisque miraculis elucescat.

II. Quibus obsequijs hanc divinitatis  
Christi gloriam prosecuti fuerint tum Ange-  
li, tum Patres, tum Discipuli ac Discipulæ e-  
jus in eodem mysterio.

III. Quam deceat, ut eandem divinita-  
tem similibus prosequantur obsequijs uni-  
versi homines.


IV. An, & quibus obsequijs tu Christum  
redivivum prosecutus, & prosecuturus sis.


*Coll. S. J. Paderb. 1660.*


ER-


## ERRATA.


- Pag. 68. vers. 9. *Descendentium*, in Græco  
habetur *Discipulorum*, hoc est, dissentium:  
ex qua voce facilis in illam alteram fuit de-  
flexio
- Pag. 74. v. 10. de pecunia: lege, *de penuria*  
*sua*.
- Pag. 88. v. 14. ibique: lege, *ibi*.
- Pag. 98. v. 10. venit, l. *peruenit*.
- Pag. 114. v. penult. transiet: nunc Vulga-  
ta, *transiit*.
- Pag. 115. v. 16. manus, ex Græco: Vulga-  
ta, *manum*.
- Pag. 135. ad Punct. II. v. 5. adde. Alia au-  
tem ceciderunt in spinas: & creverunt.  
spinæ, & suffocaverunt ea. *Matth. 13. v.*  
*5. 6. 7. Marc. 4. v. 5. 6. 7.*
- Pag. 147. v. 19. suspiciens: l. *suscipiens*.
- Pag. 153. v. 4. deleatur  $\mathcal{E}$  in fine.
- Pag. 158. v. 8. adde: *in domo patris mei*.
- Pag. 232. v. ult. l. *legitimis* doctoribus.
- Pag. 263. v. 5. l. *Luc. 22.*
- Pag. 265. v. 4. adde,  $\mathcal{E}$  calefaciebant se.  
V. 5. cum eis  $\mathcal{E}$  Petrus. V. 6. l. *Ioan. 18.*
- Pag. 269. v. 6. commutatio: l. *commoratio*.
- Pag. 270. v. 17. l. *Marc. 15.*
- Pag. 275. v. 21. l. *Vers. 24.*
- Pag. 276. v. 8. l. *Vers. 26.* & V. 17, lege  
*Marc. 15. v. 16.*
- Pag. 306. v. 8. ego: l. *ergo*.














Si agnus magister.  
Si me trahit. non  
ab patre meo. Vnde  
D. et filius eius. Ascen-  
sū eū deū virtū. deū  
nō. Hec uita maria  
mānus discipu-  
lū et hēc duxit  
fūne. Offer. Simili-  
modum nobis mīhi  
et alia. Secunda.  
Imus dñe munā-  
tus. ut amfessione  
et baptismate.

Digitized by  
Digitized by

Th  
4452